



**De divinatione, quae fit per astra diversum ac discrepans
duorum Catholicorum sacrae Theologiae Doctorum iudicium:
scilicet Francisci Iunctini Florentini, ac Ioannis Lensaei
Belliolani Professoris Louaniensis. : Item Diui Thomae
Aquinatis, Lucij Bellantij Senensis Physici, ac Marsiliij Ficini
Philosophi, de eadem diuinatione, sententia.**

<https://hdl.handle.net/1874/437263>

DE DIVINATIONE, QVAE
FIT PER ASTRA,

DIVERSVM
AC DISCREPANS DV-
ORVM CATHOLICORVM
sacrae Theologiæ Doctorum
iudicium;

SCILICET
FRANCISCI IVNCTINI FLO-
rentini, ac Ioannis Lensai Belliolani Pro-
fessoris Louaniensis.

ITEM DIVI THOMÆ AQUINATIS,
Lucij Bellantij Senensis Physici, ac Marsiliij Fi-
cini Philosophi, de eadem diuina-
tione, sententia.



COLONIAE,
Apud Ludouicum Alectorium, & hæredes
Iacobi Soteris.

Anno M. D. LXXX.

192 193

194 195

196 197

198 199

200 201

202 203

204 205

206 207

208 209

210 211

212 213

214 215

216 217

218 219

220 221

222 223

224 225

226 227

228 229

230 231

232 233

234 235

236 237

238 239

240 241

242 243

244 245

246 247

248 249

250 251

252 253

254 255

256 257

258 259

260 261

262 263

264 265

266 267

268 269

270 271

272 273

274 275

276 277

278 279

280 281

282 283

284 285

286 287

288 289

290 291

292 293

294 295

296 297

298 299

300 301

302 303

304 305

306 307

308 309

310 311

312 313

314 315

316 317

318 319

320 321

322 323

324 325

326 327

328 329

330 331

332 333

334 335

336 337

338 339

340 341

342 343

344 345

346 347

348 349

350 351

352 353

354 355

356 357

358 359

360 361

362 363

364 365

366 367

368 369

370 371

372 373

374 375

376 377

378 379

380 381

382 383

384 385

386 387

388 389

390 391

392 393

394 395

396 397

398 399

400 401

402 403

404 405

406 407

408 409

410 411

412 413

414 415

416 417

418 419

420 421

422 423

424 425

426 427

428 429

430 431

432 433

434 435

436 437

438 439

440 441

442 443

444 445

446 447

448 449

450 451

452 453

454 455

456 457

458 459

460 461

462 463

464 465

466 467

468 469

470 471

472 473

474 475

476 477

478 479

480 481

482 483

484 485

486 487

488 489

490 491

492 493

494 495

496 497

498 499

500 501

502 503

504 505

506 507

508 509

510 511

512 513

514 515

516 517

518 519

520 521

522 523

524 525

526 527

528 529

530 531

532 533

534 535

536 537

538 539

540 541

542 543

544 545

546 547

548 549

550 551

552 553

554 555

556 557

558 559

560 561

562 563

564 565

566 567

568 569

570 571

572 573

574 575

576 577

578 579

580 581

582 583

584 585

586 587

588 589

590 591

592 593

594 595

596 597

598 599

600 601

602 603

604 605

606 607

608 609

610 611

612 613

614 615

616 617

618 619

620 621

622 623

624 625

626 627

628 629

630 631

632 633

634 635

636 637

638 639

640 641

642 643

644 645

646 647

648 649

650 651

652 653

654 655

656 657

658 659

660 661

662 663

664 665

666 667

668 669

670 671

672 673

674 675

676 677

678 679

680 681

682 683

684 685

686 687

688 689

690 691

692 693

694 695

696 697

698 699

700 701

702 703

704 705

706 707

708 709

710 711

712 713

714 715

716 717

718 719

720 721

722 723

724 725

726 727

728 729

730 731

732 733

734 735

736 737

738 739

740 741

742 743

744 745

746 747

748 749

750 751

752 753

754 755

756 757

758 759

760 761

762 763

764 765

766 767

768 769

770 771

772 773

774 775

776 777

778 779

780 781

782 783

784 785

DE SVPER- STITIONE DIVINATI-

VA EX COMPENDIO ALTE-
RIVS PARTIS, SECUNDÆ PARTIS SVM-

mæ Theologicæ Sanc. Thomæ Episco-
pi Camerini Bernardi Bonio-
nis. cap. 95.



IVINATIO est peccatum. Divinatio est
quiatunc quis diuinare dicitur, peccatum.
quando indebito modo prænun-
ciationem usurpat futurorum
eueniuum. Est enim hoc propri-
um Dei, qui soius in sua eterni-
tate videt, eaque futura sunt
quasi præsentia: si quis ergo prænuntiare hac præ-
sumperit, nisi Deo reuelante, manifeste usurpat,
quod Dei est. At si quis prænunciet ea, que veniunt ex
necessitate, vel ut in pluribus, que humana ratione
præcognosci possunt: non dici ut proprie diuinare, &
si non est peccatum. Est autem diuinatio superstitionis. Diuinatio est
onis species, cum proueniat ex operatione dæmonum, super et iuuen-
tel quia expressè inuocantur ad manifestanda futu- species.
ra, vel quia ipsi dæmones ingerunt se vanis inquisicio-
nibus, ut hominum mentes implicit vanitate. Unde
quantum ad modum operationis ad superstitionem
pertinet, & si simus intentus sit, ad curiositatem. Triplex ge-
nesisque est genus diuinationis. Quorum primum est iuonn.

per manifestam dæmonum inuocationem, quod pertinet ad necromanticos, & sub hoc genere continetur prestigia, mortuorum apparitiones, arreptitum, geomantia, hydromantia, aromantia, pyromantia, & aruspicium. Secundum genus est per solam considerationem dispositionis, vel motus alterius rei, quod augurium dicitur, & pertinet ad augures propter annum garratum. Tertium genus est, dum sit aliquid, ut nobis occulta manifestentur, quod pertinet ad sortes: & quamvis in omnibus predictis sit eadem generalis

Semper illius ratio peccandi: non tamen est eadem specialis. Multo cetera est diuinatio per demonum inuocationem, enim grauius est inuocare dæmones, quam aliqua sacrifice, quibus dignum sit, ut se in illis dæmones ingeatur. Et semper illicita est diuinatio per dæmonum inuocationem, tam ex paclis expressis cum ipsis dæmonibus, & maxime si interuenit sacrificium, vel reverentia; quam ex parte futuri eventus, cum dæmon intendat hominū perditionem ex suis responsis, etiā si aliquando veradicit, ut ei credatur: nefas enim est, cū diuinam scripturā habeamus, ut a diabolo instruamur. Et diuis

An diuinatio quæ sit per astra, illicita est, si præcognoscere volumus medij ipsis, quæ præcognosci nō possunt per ea: ingerit enim se in his operatio dæmonis, vnde est diuinatio superstitiosa, & illicita. Nam causalitati cœlestium corporum subtrahuntur omnes effectus per accidens contingentes, sive in rebus humanis, sive in naturalibus: subtrahuntur etiam actus liberi arbitrij, quod est facultas voluntatis & rationis. Intellectus autem sive ratio non est corona nec actus organi corporei,

porei, & per consequens nec voluntas, que est in ratione, ut patet per Phil. in 3. de Ani. Nullum autem corpus potest imprimere in rem incorporem, vnde impossibile est corpora coelestia directe imprimere in intellectum, & voluntatem, quamvis dispositio posse inclinare, in quantum imprimunt in corpus humanum, & per consequens in vires sensitivas: nullatamen necessitas per hoc imponitur libero arbitrio. Si vero aliquis utatur consideratione astrorum ad praecognoscendum futura, que ex caelestibus causantur corporibus, ut sicut pluuiia, & similia, non erit illicita diuinatio. Si quis vero somnijs utatur ad praecognoscendam futura, prout somnia procedunt ex reuelatione personam iste diuina, vel ex causa naturali intrinseca, quantum potest se virtus talis extendere: non erit illicita diuinatio. Si autem talis diuinatio causetur ex reuelatione demonum, cum quibus habentur pacta tacita, vel expressa, quia talis diuinatio extenditur ad quod se non potest extendere, tunc erit illicita, & superstitionis: nam diuinatio, que invitatur false optimo, est illicita, vnde considerare oportet causam somniorum, & an possit esse causa futurorum eveniuntur. Sic etiam dicendum est de augurijs, & omnibus talibus observationibus exteriorum rerum: nam per auguria & observationes, an sunt licita.

Sic extendatur ultra id, ad quod possunt pertingere secundum ordinem naturae, vel diuina prouidetia, semper sunt illicitae & superstitiones. Et sortium diuinatio est illicita: actus n. hominum, qui requiriuntur ad sortes non diuinatio si subdatur dispositioni stellarum, nec etiam euclius ipsorum illicta.

Vnde si quis utatur hoc modo, vana, & falsa est opinio, & per consequens non carens dæmonum suggestione: quod si non a diabolo expectetur iudicium, sed a Deo, quamvis ista sors non sit secundum se mala, potest tamen in hoc quadrupliciter in peccatum incidere. Primo, si absque villa necessitate ad sortes recuratur: nam hoc ad Dei tentationem pertinere videatur. Vnde Ambrosius dicit super Lucam: Qui sorte eligitur, humano iudicio non compredenditur. Secundo si quis etiam necessitate absq[ue] reverentia Dei sortibus utatur. Vnde super actus Apostolorum dicit Beda, Sed si qui necessitate aliqua convulsi Deum putant sortibus exemplo Apostolorum esse consulendum, videant hoc ipsos Apostolos non nisi collectio fratrum cœtu, & precibus ad Deum fusi, egisse. Tertio, si diuina oracula ad terrena negotia conuertantur. Quarto, si in electionibus eccl. que Spiritus sancti inspiratione fieri debent aliqui sortibus utantur, nam quando fuit per sortem ordinatus Matthias, nondum erat in eccl. plenitudo Spiritus sancti data. Si vere immineat necessitas, ut tempore pestis, quo omnes fugiunt, tunc cum debita reverentia licet sortibus vti.

vt dicit Aug. in Epist. Ad
Honoretum.

q. 93.

LVCII

LVCII BEL-
LANTII SENENSIS AR-
TIVM ET MEDICINAE DOCTO-
RIS RESPONSIONVM IN DISPUTATIO-

nes Ioannis Pici Mirandulæ comi-
tis, aduersus astrolo-
gos.

PROOEMIVM.

HOMERV S atque Cacilius pessimos A veteri di-
inimicos esse prædicant, qui sub amico- elo exordi-
rum specie nos circumueniunt: qua sen- tur, ut sens-
tentia nulla salubrior præcipi potest. Sim irreparab.
Quanquam testimonio poetarum non est opus, quum
divina veritas, vita morumq; magistra, sub ouium
pelle lupos euitari, & ne de facie iudicaremus admo-
nuerit: eos præsertim intelligendo qui sub religionis
obtenu indoctis illudentes (quum ipsi cunctas scientias
prosita eantur, quo facilius ab imperitis dictis eorum
maior fides adhibeatur) qua animo cõceperint perni-
ciosa licet religioni aduersantia primum ordiri, de-
inde texere possint. Siquidem hoc genus inimicorum
est, quod nec auertire nec cuerti facile posse, quando-
quidem ignara plebs non hos superare, sed ultra oc-
currere, ex osculari, simbriasti angere contendit, arbit-
ratur enim resanum vulgus, quum hos non intus &
incute cognoscat qua ore proferuntur, vera ex imo-

quidem corde profecta esse, quum tamen semper per-
sonati loquantur. mulierculas, cerdones, cupidinari-
os, quosdam etiam diuites, quos nobiles appellant, al-
llicant, illaqueant, ac firmiter teneant.

Aperieulis
magnitudi-
ne.

Hoc sane præstigium quia magno constat, imo nil
reliqui facit, & altius introspectum & diutius ex-
aminandum, nec temere admitti, sed statim in pri-
mordijs profligari debet, nec expectandum, donec fal-
lacia per se detegatur: agitur enim cū his quam pri-
mū de penatibus nostris, de omni repub. & quod ma-
ximū est, de ipsa, qua nobis omniū rerum carissima es-
& esse debet, anima. Sed venienti morbo occurrendo
tanto acrius expladendū & animaduertendū, quan-
to rectius ad perniciem nostrā sub prætextu beneficē-
tiae illabebatur. Nec minus mala quadam sunt, que
ideo nō videntur esse pessima, quia bonis interdū sunt
admixta, imo ipsius boni præ se imaginem ferunt,
quum tanto exitialius noceant, quanto per speciem
boni cum facilius admittuntur tum admissa quod
semelinuasere tenacius occupant, retinētque poten-
tius, vt sine periculo euelli nequeant.

Adrem pau-
latim acce-
deo.

Quod cum sape præscis temporibus diuersis in regi-
onibus, tum atate nostrain Hetruria videre est, cum
mero nang, dulcissimo venenum propinari videamus,
quo adeo temuleti caci quidam facti sunt, vt nisi De-
us optimus manum porrigat, ad perniciosissimum ex-
itium tendere. Sicut enim nil sanctius in terris vera
religione, ita nil detestabilius filia ac simulata, qua
miseri populi in perniciem suam seducuntur. Quid
autem

autem exitialis, quid expugnabilis, quam cum iu-
tulo sapientie ac sanctitatis ipse se nobis error insinu-
at? ut mente capti operam demus, vt animam cum
corpo ad ultimum interitum deducamus, non ali-
ud hoc quam consilium & mentem, cuius sola vis
abigendae falsitati nobis innata est, missam facere &
perditum dare.

Hoc euenit maxime per sui dissimulationem, quæ simulatio &
sub specie bonitatis, populo se circumfert. Est autem dissimulatio,
hac propria labes omnium malorum, cuius non alia quam perna
professio est quam præcepta & artes colere simulan-
di atq[ue] dissimulandi, sed in primis ut vulgo religiosi ap-
pareant astrologiā lacerandam, & (si per eos fieri Cur quidam
posset) perdendā aggrediuntur, duplii inquā causa contra astro-
moti, cum quia hi plurimū tēporis inuita minerua in logiam scrip-
ta impendentes nihilū quidē proficere potuerūt. Fa- serint.
rū est etenim leges ediscere sati: tū quia (quod plu-
ris faciunt, eorū animos varijs affectibus astuantes)
ab astrologis detegi & gerrime ferūt. Oculos lippientes
amant, linces os oderunt. Hinc astrologiā apud indo-
ctos puerilibus ac ridiculis argumentis insectantur,
hinc & stro tali in furorem acti, Astrologiā legibus in-
terdictam ciuilibus & pontificis garriunt, humana
curiositate etentā volūt, irrisam a philosophis men-
tiuntur, a circulatoribus cultā somniāt, prudētissimo
cuique non suspectā dicere debebāt, sed honorē maxi-
mo semper habitā, laudant astronomiā, dānans astro-
logiam, quasi pars illa medicinae laudanda sit, quam
theoricam vocant, illa dānanda quæ practica dicitur.

*equa fructus foliorum florumque leguntur, que sibi
mitatem hominibus prestat: sicut illa pollicetur, hac
finis illa actio, hac portus, illa nauigatio, pariter habet
omnia de astronomia & Astrologia dici debent.*

Astrologie *Astrologia enim per se (modo quis recte utatur) utilitas atq; rationibus nixa, & prae iudeo ijs hominū sapientissimorum nihil dubitauerit affirmare, non esse inter scientias que magis præstigia detegat, aut qua minus fallat deuulget q; magis qui imperitos fallere conentur, tanto simulationibus & superstitionibus aduersantior, quanto proprius ad veritatem accedit. Ita per rationes manifestissimas luce clarius sicut, nullam esse in astrologia fallaciam, nullam perniciem. Ostendat hæc cælum & planetas vbi tu possis non nihil (modo non asinus ad lyram) verissime præuidere, vbi tu non stellas in animalia transformatas, non plenum fabulus cælum, non pro vero cælo commentitium aspicies, que tamen doctissimi ei: in antiqui sapientissimi more Platonis ceterorumque admirabilium virorum quandoque dixerunt, ut talibus tegumentis profanum vulgus a retam sacra merito arcerent. Sed arcana dei que non his sacru initato cognoscere liceat. Hæc tibi cælestia cuncta, astra astrorumque affectiones ostendet apte, que omnia per rationes experimenta, tam diurnis observationibus, tam diligentibus annotamens corroborata, tot seculorum, totque etatum approbatione recepera fidem astruere possunt.*

Ab autorita- Viri præterea complures doctissimi in quorum li- te.

tris nihil non libratum & auctoritas maxima fuit, ve
absque dubio credas, qui scripserunt, non modo fidem
adhibuisse his quae scribebant, verum etiam pro re
certissima habuisse, nullas quoque aures populares
vulgaresue captabant nulla mani gloria vexabantur
dilectias dilapidasse non dolebant, quas varijs aucu-
bj. requirent, quim eas omnino pro nihilo habere
dicis sent, pontificatum optare non liber homini es-
se ducebant, meniri nunquam dicebant, quo alie-
rum animo sentire, alterum ore loqui cogerentur.
Sed placido pectore posthuius affectibus cunctis, hu-
manisque rebus sua virtute (quod sati est) contenti,
vulgas, laitantes sciolos, superestas omnes (vi aequum
est) irridebant. Felices animæ quibus hac cognoscere ovid. Fa. I.
primū, Inque domos superas scandere cura fuit: Non
venus & vinum sublimia pectora sregit, Officium ue-
lorum, militiaeque labor. Admouere oculis distantia sive
ranostris, Aetheraque ingemo supposuere suo Nul-
lai in astrologiæ vanitas, modo vis sit quæ esse debet. Nō
enim negare auderem plures esse, qui hoc nomine falso
proficiuntur vnde malevolis ansa detrahendi datur.
Sed vide nonne plurimi grammatici en tenet, ideone
grammaticen dñabimur? quāto minus dñanda astro-
logia si qui eius professores (quitamen inter illos quos
auctores habemus aut nulli aut pauci admodū sunt)
offenderint cessit auerintue tantisper. Res ardua a- in malos
strologia est, sublimis, admiranda, nō tractanda omniastrologos-
nibus, sed his tantum quos ipsa sibi elegerit, Currunt
ad eam plurimi, sed unus brauum accipit, quæsum
uul-

nullum, ne honestissimum quidem lucrum appetit, nisi que presentia, & futura cognoscat. Dices, vendit illam turpiter arioli, & quidam passim mendicantes. Erras profecto amice & tota erras via. introspicie queso inuenies illam astrologiam non esse: sed quo callidi argute sibi nummos parent, illam mentiuntur pro certo habentes nullum genus hominum esse quin auditio astrologiae nomine moueatur, attollatur, tanta cali vis est, tanta astrorum, adeo diuina mens nostra vi sibi insita (que inanis esse non potest) celestia appetit, ut etiam quos tu stolidos, quos brutos video, ad hac eadem erigantur: unde & circulatoribus stipes acquiruntur, & astrologis apud bonos laus, veritas, vis maxima celebratur. Sed nonne hoc, in re multo minori, qua tam eni cum maximo hominum periculo sit ubique terrarum fieri videmus?

In malis me-
dicis.

Vendit autem medicinam falsi & mentiti medici, immo qui nunquam medicinam nominare audierint. Erat hic nuper, credo, ille tonsor, factus est medicus, purpурatus & anularius incedit: hunc vulgus sua vita necisque arbitrium facit, hic per experimenta mortes agit, huic hominem occidisse impunitus est, cuius error putabis?

Astrologia
laue maxi-
mam.

Sed quanto minus astrologiam, quae non modo corpus sed animum sanat, diuinumque reddit, quandoquidem haec scientias cunctas absoluit, quibus ad astrologiam indigemus. Hanc qui damnant vel deliri vel perfidi, maihematicas & naturales damnare,

vel non vident, vel videre dissimulant, quibus haec pro
ministris ubique & semper vtitur. Hac cunctis vite
rebus commoda pollicetur & præstat, prudentiam
auget, quum prudentes faciat in evitandis malis, ca-
pessendis conseruandisque bonis, que futura cognos-
cit. Religioni minime aduersatur, si quis astrologia
non superstitione vana, quæ per indoctos ab illa ema-
nat, recte vtatur.

Quod quum ego exploratum haberem, putavi pi- Cur astrolo-
giæ defendens
dam suscep-
rit.
culum me facturum vel morte propria non expian-
dum, si acerem, si dissimularem, ut personati qui-
dam, & pro virili diuinum hoc munus hominibus co-
litus missum, e perfidorum manibus extorquere, & in
libertatem afferere non tentarem hac præsertim æ-
tate, qua si quando alias, ad hanc lacerandam omnis
etas & ordo sexusque modo debacchanunt, seduclis
religionis prætextu hypocitarum falsis suggestioni-
bus, quos diuina veritas cauendos perdendosque
monuit.

Est autem tanto magis pro veritate pugnandum, Bonaratio-
quanto plures habere cognoscitur oppugnatores: si-
quidem vt prodesse omnibus ita placere tantummo-
do bonis desideramus. Nec iudicium multitudinis si-
dem habet, vbi contra stat ratio atque experimentū
assiduum, consensusque vere doctorum. Nec nos aurā
popularem, quod illorum præsertim est, qui simulata
bonitate famelici offam siccis faucibus expectant: Sed
lucem veritatis & publicam utilitatem, posthabitis
omnibus more nostro, speqamus.

Pro-

Ordo dispu-
tationis.

Procedendum esse statuimus eodem ordine, eis-
dem partitionibus quibus & Picus, ut facilius responsa
sui obiectionibus applicentur, quas si iterum in medi-
um adduceremus, nostra (quam diligimus) breuitati
locus non esset, in responseibus docti inspicium obie-
cta, si qui hoc attingentes non valeant, obiectiones Pici
ante oculos habeant.

Attentos fa-
git à brevi-
itate.

Magna quidem volumina paucis complecti soliti-
sum, unde multiloquium abhorremus: quare nisi
detrahendi occasio relinqueretur, qua objicere possent
aduersarij, aliquid insolutum superfuisse, brevis
volumine minus leues Pici obiectiones,
ceteras nihil faciendo ab-
solueremus.
(.)

ERRATA SIC CORRI-

GENT VR.

Prior numerus paginam, alter Lineam
demonstrat.

Pag. 7. lin. 6. Priscillianista. 8. lin 8 mirandula. 32. lin 19.
contradic^tiones 40. lin. 23. etiam. 44. lin. 18. mediantibus
45. lin. 5. cōtra. 49. lin. 22. defectū 60 lm. antep assribant. 63.
lin. 10. nitorumque. 102. lin. 15. indolem. 110. lin. 24. doctrinam
140. lin. 2 pro in quāatem lege iniquitatem. 143. lin. 1. conclusio.
144. lin. 10. predictiones. ibidem l. 14. cēs. 146. lin. 11. graſ-
ſantem. 147. lin. 2. mīm. 150. lin. 15. famīm.

DEFENSIÓ BONORVM ASTRO- LOGORVM DE ASTROLO- gia iudicaria, aduersus calumniatores: in qua simul declaratur, quæ sit ista di- uinatio, & quomodo ab illi- citis diuinationibus differat.

Per Franciscum Iunctinum Florentinum, sacra
Theologia Doctorem.

Astrologorum opiniones fuere Vide S. Aug.
lib. 4. de ciuii.
Et cap. II.
Et D. Thom.
lib. de cathol.
verit. cap. 85.
et 2. Senien.
dist. 15. q. 2. tres, duæ extremæ nimium, alia in illo medio, quæ ex vtraq; par-
ticipat. Prima Stoicorum fuit, qui celum operari in nobis opinabantur, & quicquid defuper veniret, euitari non pos-
se: hæc cælestis virtus apud eos dicitur fa-
tum: & in hac opinione cōuenere (vt scri-
bit Cicero in libro Fatorum) Democritus,
Eraclitus, Empedocles, Aristides, & alij
multi, & ex Astrologis Sentirio, Frenetius
& Posidonius, qui operationes nostras o-
mnes cælo tribuerunt: vnde cum Frenetius
declararet quid sit Fatum, caufarum conne-
xionem esse dicebat, quæ à stellarum motu

ASTROLOGORVM

vim suam acciperet. Et adeo creuit hic error apud gentiles, & maxime apud Babilonios & Chaldaeos, ut derelinquentes sacrificium verum, quod Deo soli conuenit, offerabant thura, humanum sanguinem immolantes intelligentijs corpora cælestia mouentibus, & in omnibus suis operationibus stellarum cursum obseruabant, non secusac si ab illis salutem & vitam essent habituri, & omne aliud bonum, non aliud Deum esse, quam cælum opinantes: pro quo Monarcha æternus iustè ad iracundiam prouocatus in pluribus sacræ scripturæ locis per prophetas suos, ut maximè in Esaia legitur cap. 47. minatur Babyloniae suos incantatores, stellarum consultores, honoris sui contemptores, sui cultus Apostatas, eorum illis insaniam & vanitatem ostendens. Quæ igitur opinio cum ponat à cælo procedere in nobis omnes esse etius, & priuet nos à libertate, & statuat Deum non voluntarium, sed naturalem agentem, non adeo impia est, & hæretica in catholica veritate, sed etiam apud philosophos falsa est: quinetiam contra Astrologos hunc errorem sequentes sunt omnes diuinæ leges canonicas, & humanas.

Alia

*Lege Philon.
Iud. in lib. de
migrat. Abra
hami, pag.*

359.

*Item librum
de Abraha
mo, pag. 312.*

Tom. I.

DEFENSIO.

Alia, quæ extrema est, opinio est, quod *Hæc opinio*
est cōtra sensu
stæ nihil possint in nobis, sed quod Deus suum & san-
per se ipsum regat omnia: nescientes diui-
niam Dei prouidentiam, ut se magis mani-
festet, regimen suum in aliqua parte causis elorum auto-
secundis communicasse. Et quis nescit, ritates, ut di-
quod qui rebus proprietatem & virtutem citur à S.Tho-
tollit, tollit etiam esse eorum? ut habetur ab ma in 2.Sen.
Auerroë. dist. 5.q. 2.

Sed, quam dico medium in his duabus, o-
 pinio ponit corpora cælestia operari in no-
 bis contra viam secundam, non autem ex
 necessitate contra primam.

Pro quarum opinionum enucleatione *Lege S. Aug.*
 intelligendum est, quod si Deus quod ad or- *lib. 5. de ciui-*
 dinationem per se ipsum disponit omnia, *Dei, ca. 5. q. 2.*
 nihilominus quod ad executionem regit in- *in 3. de Trin.*
 feriora corpora per superiora: sicut ostendit *Et Dion. cap.*
 D. Thomas *4. de diuin. nom.*
 lib. 5. cap. 96. contra gen-
 tes, *Lege S. Thos.*
 Et Scotus 2. Sent. dist. 14. q. 3. ponentes *de casio. ver.*
 quod stellæ, cum per naturam operentur in *c. 86. & 92.*
 corporibus nostris, inclinant animam nostram, *& 82. & 1.*
 non quod illam cogant, quia quod ad intel- *Par. q. 115.*
 lectum apparet, cum iesum sit organum sen- *art. 3. Et 2.*
 sitium (quod potest evenire ex mala sideru- *Sent. dist. 15.*
 positione in hora nascetis) quod male dis- *q. 1. art. 2. de*
 ponuntur sensus nostri, igitur non proportio- *po. quæ. 5. ar-*
pus. 26. t. 8. & in 2.

4 ASTROLOGORVM

Ide confirmat nata virtute phantastica, inordinari intel-
S. Bonaventura in lectus in suis operationibus, vt in phreneti-
a. S. Sentent. dist. **Ide dicit Bac.** cis appareret, & per oppositum multum con-
ord. Carmelit. ferunt ad bonitatem intelle^ctus, cum bene
barū in 2. Sen in genitura ponuntur, quia licet Deus sit
sen. distinet. **2. Sent. dist. 15** dator scientię, tamē bona sensuum dispo-
q. 3. ad 3. fitio multum proficit ad capacitatem, vt o-
Ultra medii. stendit S. Thom. in præallegato lib. cap. 84.

* **Ex quibus** Diuo Augustino in ciuitate ei allegante,
S. Thom. ver- **bi, & in alijs** cap. 5. qui dicit: Non vsquequaque absur-
locis mulius di- de dici potest, ad solas corporum differen-
ctis ab eodē, tias afflatus quosdam valere fidereos: & al-
tria elici posse legat etiam Dama scenum 2. lib. ca. 7. vbi ipse
sunt. Primū, dicit, Alij & alij planetæ diuersas complexi-
quod cali in- ones, & habitus, & dispositiones in nobis
fluant in omni- constituunt. Vnde pro vero affieri potest id
mia corpora quod Ptolemæus in centiloquio Aphorisi.
per se: in intel- 38. dicit, Cùm Mercurius fuerit in nativita-
lectu per ac- te alicuius in aliqua domorum Saturni, &
cidens. Dein- ipse fortis in esse suo, dat bonitatem intelli-
de, quod per gentiæ medullitus in rebus: & hæc sunt ver-
eos influxus ba D. Thomæ. * Sic etiam stellæ possunt cl-
iudicare pos- se causa nostræ vel bonæ vel malæ voluntati:
sumus. Po- tis:
stremo, verifi-
catio verborū
& canonum
Ptolemai,

quem allegando rationibus comprobat. sic igitur qui cœlorum influxus negat,
 errores soli multorum iure redarguere principaliter intendunt: non enim S. Tho-
 Aquin. & Scoti 2. Sent. dist. 14. & Arist. 1. de gener. & alios reprehendere au-
 derent, qui hec omnia confirmant: igitur non erubescimus Ptolemæum ritum
 excellentiissimum velut iducem allegare, & principem imitari.

DEFENSIO.

tis: nam cùm sensus benè ordinatus sit, voluntas flectitur ad benè eligéendum: sed si inordinatur, malè procedit propter talem inclinationem in operatione sua: & ideo ab Astrologis fiunt coniecturæ & bonorum, & malorum morum, fortuniorum ac infotuniorum. Vnde S. Thomas in prima parte quæst. 115. artic. 4. dicit, Plerumque Astrologi verum dicunt in iudicandis hominum moribus, pauci enim sunt qui resistunt sensui. Et lib. 3. contra gentes, cap. 92. dicit, Licet Deus voluntatem nostram moueat, & Angelus illuminet, & cælum ad bene vel male eligendum inclinet: tamen cùm aliquis felix est quod ad Deum dicitur bene rectus, quò ad Angelum bene custoditus, quò ad cælum bene natus: & similibus rationibus Astrologi posseunt & de longitudine, & de breuitate vitæ iudicare. Vbi S. Thomas dicit in 2. de generatione quasi prope finem, Cùm planetæ in periodali circulo erūt fortiores, plures dabunt annos, & cùm debilitates, pauciores. Vnde si signorum & stellarū in illis positarum virtutem aliquis posset scire, quanta esset cæli influentia, certè cognosceret, & de tota nascētis vita prognosticari posset: quamuis nulla illarum rerum

ASTROLOGORVM

necessitatem imponat; quandoquidē plū-
ribus modis impediri possunt.

Possunt à
Deo impedi-
vi, & ab a-
lijs. Nam sa-
piens domi-
nabitur a-
stris. Lege
Ptol. Aphor.
S. Cr. 8.

S. Thom. I. q.
38. art. 5. &
in q. de ma-
lo. q. 16. ar-
tic. 6.
Scot. in Sen-
ten. dist. 14.
13.

Et quando aliquis diceret, quod cœli in-
fluentia non cognoscitur: Respondeo, quod
cum intellectus noster omnium rerum sit ca-
pax (ut inquit Arist. 4. de anima) poterit etiam
omnia corpora intelligere, nec non & eorum
virtutes: Quia medium, ut vius rei proprie-
tatem intelligamus, est propria eius essentia.
Et vana est illa potentia, que non reducitur
vnquam ad aliquid opus, si non in tota spe-
cie, saltem in aliquo individuorum. Sed (ut
penitus haberi possit notitia) Sanctus Tho-
mas in 3. contra gentes inquit, Maligni spi-
ritus magis, quam homines veritatem dicunt,
tum propter intellectus eorum argutiam;
tum propter maiorem quam habent expe-
rientiam; ergo etiam homines verū dicunt.

Vt autem observationes doctissimi Ma-
thematiци Iuliani Ristori a Prato mei præce-
ptoris, que in anno 1528. obstupefecit non
adeo Senarum ciuitatem, sed & Romam, &
vniuersam quasi Italiam, & vtrunque; & Gal-
lorum, & Hispanorum exercitum. Vnde
translata fuit eius prognosticatio dicti anni
sub nomine Ioannis Stoflerini Astrologi
Germani.

Hac

Hac distinctione manifestum est, quantū errant neoterici calumniatores, nescientes distinguere hoc nomen Astrologia. Omnes enim sacræ scripturæ authoritates, & omnes ferè leges aduersantur primæ opinioni Stoicæ & Priscianistæ, & nō huic Astrologiæ à Sanctis Theologis declaratæ, & quā Sancti Canones concessere, vt in causis 26. quæst. 5. super Capitulo, Non licet Christiani. Glossa dicit in sententia, Non reprobatur illa Astrologia, quæ à corporibus superioribus necessitatem non imponit. Propterea dicimus cum glossa ibidem, quod talia reprobantur in quantum creduntur necessitatem inducere, aliter non: utpote si quispiam crediderit, quod astra inclinant duntaxat; non autem necessitant, quemadmodum tenent omnes boni atque eruditii Astrorum Speculatores: & maximè Ptolomeus in 1. lib. quadripart. cap. 2.

*Lega Archis
diaconum.*

Dicimus secundo, quod reprobatur Astrologia iudiciaria quod ad superfluā & superstitionem inuestigationem. Vnde S. Augustinus (veluti habetur 26. q. 2. cap. Sors) ait; Astronomia apud catholicos in desuetudinem abijt, quia, dum propria curiositate ei nimis erant intenti, minus vacabat his;

quæ saluti animarum erant accommodata.
Et quoniam omnibus rationibus contra
Astrologos adductis à Pico Mirandolæ co-
mite, & à F. Hieronymo à Ferraria, bene re-
sponsum est à Lucio Bellante Senensi, & à
F. Michaele à Petra sancta Theologo ordi-
nis prædicatorum obseruantino, aliter illis
non res pondero: sed solum aliquibus ca-
lumnijs & repræhensionibus factis à nouis
calumniatoribus sophistis. Et primo, quod
ad authoritatem Esaiae cap. 47. dico quod
est cōtra Stoicorum, Babyloniorū & Chal-
dæorum falsam opinionem. Et hæc respon-
sio non solum habetur à F. Bartholomæo
Placentino Prædicatorum ordinis, hæreti-
cęque prauitatis Inquisitore in sua summa,
quæ dicitur Armilla. parag. Astrologiā: sed
etiam à S. Thoma in 2. Senten. distin&t. 15.
quæst. 2. ad authoritatem Damasceni. Ex
qua responſione soluuntur omnes autori-
tates, etiam patrum contra Astrologos. Et
confirmatur: Nam D. Augustinus in lib. 5.
de ciuit. Dei, cap. 7. dicit, Solent homines ad
tentandam peritiam Mathematicorum af-
ferre ad eos constellationes brutorum ani-
malium, quorum ortus propter hanc explo-
rationem domi suæ diligenter obseruant,
sup. cosq;

DEFENSIO.

2

cosque Mathematicos praeferunt cæteris,
qui constellationibus inspectis dicunt, non
esse hominem natum, sed pecus. Audent et-
iam dicere quale pecus, utrum aptum lani-
cio, an vectationi, an aratro, an custodiæ
domus. Nam & ad canina fata tentantur,
& cum magnis admirantium clamoribus
ista respondent. Sic desipiunt homines, ut
existiment, cum homo nascitur, cæteros re-
rum ortus ita inhiberi, ut cum illo sub eadē
cæli plaga nec musca nascatur. Et in fine ca-
pituli sic ait, His omnibus consideratis, non
imperito creditur, cum Astrologi mirabi-
liter multa vera respondent, occulto instin-
tu fieri spirituum non bonorum, quorum
cura est has falsas & noxias opiniones de a-
stralibus fatis inserere humanis mentibus,
atque firmare, non horoscopi notati & in-
specti aliqua arte, quæ nulla est. Quare ex
istis verbis possumus concludere, quod S. Au-
gustin. scribere intellexit contra malos &
non bonos Astrologos, qui hac scientia nō
abutuntur.

Et quò ad argumentum, quo probatur
Astrologos non posse habere experienti-
am cœlestis influxus, quia nondum finita
est cæli reuolutio, quæ fit in 3600 an-
nis.

nis, potest responderi pluribus modis.
Primo à Theologis asierentibus, quod
per infusam scientiam primo pareti, & mox
per successionem posteris relictam potest
haberi notitia.

Aliter dici potest cum Aristotele, & cum
Ricciardo de Monte Policiano clarissimo
Mathematico, negare hunc motum nonæ
spheræ, & trepidationis, sicut ostenditur an-
guto in quodam tractatu ad hoc facto, &
respondeat rationibus in contrarium fa-
ctis.

Possemus etiam dicere hunc motum con-
cedentes, quod generatio & alteratio rerum
inferiorum sit per motum planetarum tan-
tum, & luminarium sub Zodiaco, de qui-
bus motibus multoties experientia facta est
& quod motus nonæ spheræ ad hoc parum
confert propter suam tarditatem, qui corri-
gitur propter continuam Astrologorum
successionem.

Quod ad miracula, quæ adducuntur & ve-
teris & noui testamenti, quia sunt opera,
quæ Deus per se ipsum facit, & non depen-
dent a secundis causis, Astrologi prædicere
non possunt.

In exemplo Iacob & Esau dicitur habui-
se

se diuersos horoscopos. & non valet ista re-
plicatio, quod si vnus, & idem horoscopus
habet varios influxus, quod in nascente ad
lucem veniente successiuè alium influxum
caput, alium brachia, & alium alia membra
habent prout prius, vel posterius nascuntur.
Et quamuis hoc possit concedi, nihilomi-
nus dico, quod hi tales parum intelligunt phi-
losophiam: quia impressio cœlestis prima
inspiratione nascentis, cum in lucem vene-
rit, sit in corpore humano, & ideo in breui
temporis spatio & momento inter duos na-
scentes variantur illorum inclinationes: ve-
rum est quod Iacob & Esau diuersas magis
secere eorum proprias voluntates, quæ a cœ-
lo liberæ sunt.

In morte sanctorum Innocentium dico
fuisse diuinam dispositionem, quæ per sei-
psum operatur absq; secundis causis, quam-
uis dici potest, quod per particularem con-
stellationem incurserint in mortem violen-
tam, quæ diuersis modis à cœlo causari po-
test. Ideo non contendit, si illi habuere diuer-
sos horoscopos, quod nō vna morerentur
morte. Et etiam esse poterat generalis con-
stellatio, quæ super infantes dominaretur, vt
etiam à pestibus & bellis appareret, quæ à gene-
ralibus

ralibus constellationibus procedentia, consumunteos, qui maiorem affinitatem cum ipsis habent: Cūm maior cōstellatio, secundum Astrologos, secum trahat minorem.

Et datur etiam hæc responsio ad argumentum Caluini in admonitione, quam fecit aduersus Astrologos: in qua ipse querit, Cūm s̄æpenumero vno prælio ceciderint hominum sexaginta milia; num ijs omnibus, quos ita mors eadem copulauit, vnum horoscopum, vnum idemque astrum assignare debeamus?

Et cūm dicunt plures nasci sub vna eademq; habitudine cæli, nihilominus diuersas habent naturas, varia fortunia & infortunia? Primo dico ad hoc nunquam obseruatum fuisse, quod duo aut plures nascantur in vno & eodem tempore & puncto, quia si hoc accidit in diuersis regionibus, habebunt cælum variè positum propter diuersitatem Orizontium & Meridianorum: sed concedature esse sic, voluntates faciunt diuersos & parentes, prout est esse eorum magis fortunatos & minus: sicut apparet in Regis filio, & Villici: quorum lege & natura unus habet vt sit Rex: alter vt terram fodiat. Nō tenent quidem Astrologi cælum penitus esse

esse causam fortuniorum nostrorum & in-
fortuniorum: sed secundum materiam sub-
iectam , quæ secundum suam dispositio-
nem magis & minus recipit cælestem affla-
tum.

Hanc responceionem similiter damus Cal-
uino , quoniam cum derisione Astrologo-
rum ipse querit, quod si eo ipso die, eo que
temporis momento , quo Iulius Cæsar na-
tus est, alius præterea aut Romæ, aut in tota
Italia natus sit: nam verisimile est, fuisse
multos, qui eadem cæli affectione primum
spiritum duxissent, ac simul in vitam ingre-
si fuissent : qui omnes uno die, eodemque
mortis genere non sunt extinti ? Ex qui-
bus causis certè ipse concludit, nullam rati-
onis, neq; veritatis speciem Astrologorum
prædictionibus contineri. Vnde nos dici-
mus ex nostra responceione argumētum su-
um sine fundamento remanere, & vaticiniū
(quod ipse negat ex astris) Spurinæ verum
fuisse: qui cùm Cæsarem immolantem mo-
nuisset, vt caueret periculum , quod ultra
idus Martias proferretur. Sed cùm adue-
nissent idus sine villa noxa, ob'eamq; causam
à Cæsare derideretur. Atqui, inquit, vene-
runt illæ quidem: sed tamen non præterie-
runt.

runt. Itaque eo ipso die Cæsar in senatu in-
terfectus est.

Nonne vera fuit prognosticatio illa Af-
cletarioris Mathematici, qui Domitianum
aliquanto ante interfactum iri nunciauit
ex siderum positione? Cùm enim Domiti-
anus vehementer in illum offensus, eum ad
se accersitum interrogaret, quis ipsum ma-
neret exitus: respondit, vt breui post tem-
pore discerperetur à canibus. "Domitianus,
vt Genethlaicum vatem vanum faceret, e-
uesligio interfici iussit, & cadauer accura-
tissimè sepeliri. Sed tempestate de improvi-
so orta, disiecto funere, corpus vstulatum ca-
nes discerpserunt. Aliquanto pòst Domi-
tianus interficitur.

Valerius Maximus prouidus rerum scri-
ptor refert Aeschylum, cùm à Mathemati-
cis responsum esset ex iectu moriturum, qui
è superiori loco fieret, tectū euitasse, & sub
dio capite nudato mansisse: in quod, cùm
ab aquila deiecta testudo esset, eo casu mor-
tuum esse, & verum extitisse, quod prædi-
ctum fuerat.

Chaldaei Agrippinæ Neronis responde-
runt, filium imperatorem fore, sed patrici-
dam nece materna: illa quidem, Occidat,
mo-

modò imperet. verum imperauit, & necauit matrem.

Caligulae Sulla Mathematicus appro-
pinquantem mortem prædixerat.

Vespasianus tantum huic arti tribuit, vt
ausus fuerit in assiduis contra se conspira-
tionibus confirmare, aut filios sibi succe-
sores in imperio fore, aut neminem.

Hadrianus Imperator, quia peritissimus
huius artis & doctrinæ fuit, sibi singulis an-
nis præscripsit, quod quotidie esset euentu-
rum. Cui Aelius imperium prædixerat ex
hac scientia.

Quis Imperatorum Romanorum felici-
or habitus Augusto? qui cùm audisset ex
Theogene, sidere suo natalitio sibi Roma-
num imperium portendi, tantam mox fati
fiduciam habuit, vt thema suum vulgaue-
rit, nummumque argenteum nota sideris
Capricorni, quo natus esset, percusserit.

Possim ætatis nostræ exempla adferre
multa: possum etiam quæ ego principibus
viris prædicti, si vtrunque odiosum non es-
set.

Cùm ergo futuri euentus certò mon-
strentur multo antè, quam eueniant, certis-
simè docetur & conuincitur, esse Deum ali-
quem,

quem, non modo sapientissimum, & quæ
velit decernere potentem, sed etiam prou-
dum, omnia cernentem, conseruantem, gu-
bernantem, bonum, præmonentem nos de
futuris malis, & ad finem ordinatum dedu-
centem omnia: nec plures esse Deos. Multi
funtergo scrupulosi homines, qui ob suam
inscitiam & non religionem ferre non pos-
sunt, & indignum Christianis iudicant, si
quis Astrologorum pronunciet lunam fa-
cere tardos, legnes & phlegmaticos, cum nil
aliud per lunam intelligat, quam illas ipsas
frigidi & humidi qualitates, quas in ele-
mentis & materia excitarit ipsa luna: cum
stellæ caelestes homines inclinent ad recipi-
endum suas qualitates, & non cogant. Sci-
ant ergo illi nimis religiosi, quando dici-
mus Saturnum facere homines inuidos &
melancholicos, Martem bellatores & ira-
cundos, Venerem amatores & libidinosos,
Mercurium doctos & sapiëtes, Lunam tar-
dos, legnes, & phlegmaticos, nil velle aliud
Astrologos, quam qualitates primas ab ipsis
stellis in materiam propagatas, tales efficere
inclinationes, aut voluntatem per se bonis
stellarum radijs & viribus ad has vel illas a-
ctiones obeundas abuti: quamuis interim
occu-

occultas vires Astrorum non negem, cùm in his inferioribus maximæ, & admirandæ vires, & proprietates occultæ sint reconditæ: quæ aliundè prouenire non possunt, nisi à cælestibus.

Et quum dicunt Deum solum scire futura, verum est in ijs rebus quæ humanum arbitrium respiciunt, & in alijs etiam, cum ipse habet seipsum intelligens certam & determinatam notitiam omnium rerum, Sed cùm vniuersalis est & non benè distin-ctam, possunt etiam & homines habere: si-cut Sanctus Thomas ostendit lib. 5. contra gentes.

Et quia multi concedunt Astrologiam esse veram in eo modo quo dixi: sed dicunt periculosem esse ad salutem vulgarium, qui aliter rem accipiunt, quam illis datur: Re-spondeo, quod scriptura sacra, & maximè cùm de prædestinatione loquitur, non be-nè à vulgaribus intelligitur. Et sacrosanctæ imagines cùm non benè intelligatur, quo-modo debeant adorari, causarunt multos errores, & pericula hæresiæ & idolatriæ: sed nō propter ea damnari debet sacra scri-ptura, & à templis tolli imagines. Et si in Eu-angelio plures errauerunt, non ideo Eu-

gelium falsum est, & damnari debent illi qui bene intellexerunt. Et idem dico de nostra Astrologia, quæ magis profuit, quam nocuit.

Et quia dicunt, quò eorum inscitiam tegent, nullum fuisse dignum hominem, qui illi operam dederit, ostendunt malè legisse historias, & Hebræorum, & Gentilium, & Christianorum, nisi iam de illis dicere ve-
lint, qui ex Stoicorum secta fuere, qui à dia-
bolo persuasi, anicularum finxere fabulas,
nocte quæ propc ignem sedentibus enar-
rantur. Et ideo quò manifestius hoc appa-
reat, videant nō (inquam) Iosephi Iudei hi-
storiā, seu illā Philonis, quæ de illa clarius
loquuntur: sed apud Aristotelem librum
Politicæ, ybi ostendit in proœmio, quam v-
tilis sit philosophia; in mediū adducit Ta-
letem Milesium, qui cùm reprehenderetur
quòd pauper esset, ostendit philosophus,
quòd voluntariè diuitias sperneret in pro-
gnosticatione penurię futurę oliuarum ser-
uato multo oleo; cùm penuria tempus ad-
uenit, illo vēdito, diues factus est. Est igitur
Astrologia pars Philosophiae naturalis &
nobiliarioris: cùm per eam Aristoteles conuin-
cat totius scientiæ utilitatem. Videant etiā

in suis problematibus, vbi conuulsionem
infantium reducit in actionibus lunæ. Nec
desunt huic nostræ comprobationi multi
alij philosophi & nobiliores, inter quos A-
uerroës unus esse existimatur, qui primas
quatuor qualitates attribuit actiōibus cor-
porum superiorum, vt de substantia orbis c.
vbi valdè commendat antiquos, qui di-
xerunt verè de corporibus cœlestibus aliqua
corpora dare calidum & siccum; aliqua ca-
lidum & humidum; aliqua frigidum & sic-
cum; aliqua alia frigidum & humidum. Et
sic quatuor primas qualitates esse commu-
nes corporibus cœlestibus & elementis, licet
non in essentia, sed in voce, id est, nobiliores
& ignobiliores. Quinetiam videant eius
commentum 68. secundi libri de cælo, vbi
imple confirmat, quod actiones stellarum ha-
bent proprias actiones in omni re in suo ge-
nere, & etiam communem: propriam, quod
Saturnus habet actionem in plantis & mi-
neralibus, & sic de alijs stellis: sicut scriptum
est in eorum libris, quorum pars maior non
am inuenitur. Et allegat Arist. librum de
ris rebus scripsisse, qui dicitur de cœlestibus
regiminibus. In Neotericis habemus Sue-
fanum, qui plures tractatus composuit,

ut libros eruditiorum, & causas nostrarum calamitatum: Et Perettus Mantuanus non paruæ authoritatis nostris temporibus loquens de prodigijs, & de effectibus, qui euentunt ex illis, in lib. suo de immortalitate animæ, dicit, totum hoc contingere ex diuersa positione stellarum, allegans exemplū illius infantis, qui in spatio vigintiquatuor horarum locutus est, pronuncians suā propriam mortem, & ad quem finem natus erat, qui fuit ut manifestet patri sui status ruanam, ut apud Abenragelem legitur cap. 7. quinta partis. Et idcirco hi calumniatores parum legere quæ philosophiæ sunt, & historiarum.

Verum postquam à me in Italico sermone editum fuit hoc opus, surrexit quidam sycophanta, & fecit contra hanc defensionem Astrologorum hæc, quæ sequuntur, argumenta. Quæ ego quum viderem, non potui non respondere, & his telis meis, licet hebetibus & obtusis, in certamen prodire.

I. Et primum adduxit contra Astrologos authoritatem Isaię prophetę cap. 41. dicentis: Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia Dij estis. Ad quam auctoritatem dicimus, quod solus Deus potest

DEFENSIO.

27

test scire futura libertatem hominis concer-
nentia. Vnde Scotus in prologo primi. q. 2.
dicit, quod Antichristus non poterit scire,
quid homo beat cogitare, vel appetere
tali hora. Zahel autem in lib. suo de inter-
rogationibus, sequens superstitionē Astro-
logorum tempore Isaiæ, vult per scientiam
interrogationum cognoscere, an inuitatus
ad conuumium comederit vnum pulmentū,
vel plura. Ego enim sine Astrologia dice-
rem, quod inuitatus ad domum diuitis, plu-
ra habebit pulmenta in cœna diuitis, quam
pauperis: & hoc reprobatur.

Deinde arguit secundo per Isaiam dicen- **II.**
tem cap. 44. Ego primus, & ego nouissi-
mus, & absque me non est Deus. Quis simi-
lis mei? vocet, & annunciet, & ordinem ex-
ponat mihi, ex quo constitui mihi populu-
antiquum; ventura, & quæ futura sunt an-
nuncient eis. Ad hæc dicimus, quod Deus
per Isaiam ibi prohibet Astrologiam diui-
tatoriam superstitionem.

Præterea arguit tertio per Isaiam cap. 97. **III.**
dicentem: Sapientia tua, & sciētia tua, hęc
decepit te. Et infra: Veniet super te malū,
& nescies ortum eius. Ad hoc arg. dicimus,
quod ibi non est sermo de Astrologia, sed

de superstitione incantantium & maleficorum, ut patet inspicienti verba sequentia;
Et quando Deus prohibet ne accipientur consilia à diuinatoribus, ut patet Deut. 18. confirmat supradictam meam responsionem, quia ibi non est sermo de Astrologis, sed de incantatoribus, ut patet legenti.

III. Rursum arguit ad idem: quia in 4.lib.Regum 17. habetur, filios Israel fuisse punitos, quia diuinationi inseruiebant. Ad hoc dicimus, quod ibi solum prohibetur diuinatio per incantationes & auguria.

V. Iterum arguit per Deum dicentem in Ieremias propheta cap. 10. Iuxta vias gentium nolite discere; à signis cæli nolite metuere, quæ timent gentes. Ad hoc argum. dicimus, quod ibidem prohibetur timor à signis cæli in his, quæ concernunt hominis voluntatem: ut dicit S.Thom. 3.lib. contra gentes, cap. 85. At Massahalah in suo libro de interrogationibus volebat per Astrologiam scire pro certo, an aliquis debeat esse rex, vel non.

VI. Sexto arguit ad idem, quia Ecclesiastes cap. 8. dicit: Multa hominis afflictio; quia ignorat præterita, & futura nullo potest scire nuncio. Ex qua sententia dicimus, quod

DEFENSIO.

33

quod ibidem dicitur, primo ignorat praeterea, ut cognoscatur supersticio quorundam dicentium se esse Astrologos, & volentium scire, an mulier sit virgo, vel ne: & utrum habeat filium, vel ne. quos sequitur Zahel in libro suo de interrogationibus. Dicitur etiam quod ignorat futura ad fugandum erorem; Zahel ibidem, qui vult per scientiam interrogationum cognoscere, an virginiterus sit filium ex tali uxore, vel ne.

VII

Septimo arguit per cap. 10. ubi habetur, Ignorat homo quid ante se fuerit: & quid futurum sit quis ei poterit indicare? Ad hanc autoritatem dicimus, quod Astrologi illi, qui volunt omnia cognoscere particularia, sunt fatui: de quorum numero fuit Zahel in libro suo de interrogationibus, qui per scientiam interrogationis vult cognoscere, an latro sit domesticus, vel peregrinus: & an mulier habet filium ex fornicatione, vel ne: quoniam Ptolomaeus Centiloquij verbo primo docet, Astrologum debere ab eunciandis singularibus abstinere: quando scientia (ut naturales affirmant) de singularibus non est; nec de his, quae individua sunt: sed de universalibus tantummodo. Inquit enim, A te & a stellis est scientia: fieri enim

B 4

ne-

nequit ut sciens particulares rerum formas pronunciet, sicuti nec sensus particularem, sed generalem quandam suscipit sensibilis rei formam, oportetque ista tractantem rerum coniectura vti: soli nomine afflati pre dicunt particularia.

VIII.

Octauo arguit per Paulum ad Galatas cap. 4. dicentem: Dies obseruatis, menses, tempora & annos: timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis. Ad authoritatem sancti Pauli dicimus, quod Apostolus reprobat obseruationem temporum circa sacramenta suscipienda, & circa orationes faciendas, quam habebant forte ipsi Galatae. Nam Haly Abenragel etiam voluit, quod circuncisio & baptismus darentur Luna ex leuata super Venerem, ut patet in parte 7. sue summæ, cap. 33. Dicimus secundo, quod Apostolus reprobat ibi obseruationes superstitiones cuiusmodi non sunt multæ Astrologicæ obseruationes.

IX.

Nono arguit ad idem, quia in Iob ca. 38. dicitur, Nunquid nosti ordinem cœli? aut rationem eius pones in terra? Ad hoc dicimus quod authoritas concludit, quod Astrologiam iudicariam perfctè habcre non possumus, quod nos dicimus esse verum!

Deci-

Decimo loco arguit ex concilio Anchi- X.
titano, ut habetur cap. 26. q. i. vbi dicitur:
Qui diuinationes expetunt, & morem gen-
tilium subsequuntur, sub regula quin-
quennij iaceant. Ad hoc dicimus, quodibi
non reprobatur Astrologia prædictiua seu
iudiciaria: sed diuinatio per artem necro-
mantiae, geomantiae, aëromantiae, hydro-
mantiae, pyromantiae, & consimilium.

Vndeclimo arguit ex concilio Toletano XI.
ca. Si quis: vbi clerici suspenduntur consu-
lentes incantatores, augures, ariolos, vel eos,
qui profitentur artem magicam, vel aliquid
huiusmodi. Hæc ille. Ad hoc dicimus, quod
in cap. illo non damnatur Astrologia diui-
natoria: sed ars necromantica, ars ariolan-
di, & huiusmodi ut diximus in responsione
ad decimum argumentum. Et si dicatur,
quod Alexander III. c. ex tuorum, de Sor-
tilegijs dicit, quod presbytero, qui causa cu-
iisdam furti ecclesiæ recuperandi, Astrola-
bium ex simplicitate inspexerat, impona-
tur poenitentia per annum, dicimus, quod
iste presbyter damnatur ibidem, quia crede-
bat doctrinæ, quam detinet Zahel in li-
bro suo de interrogationibus; scilicet posse
per talem scientiam sciri, an latro sit dome-

sticus, vel peregrinus, & huiusmodi; quod est falsissimum.

XII. Duodecimo arguit per leges ciuiles. Vnde lib. 9. C. de maleficiis, l. 2. dicitur: Artem Geometriæ discere, atque exercere publicè interest. Ars autem Mathematica damnable & interdicta est. & intelligit imperator per Mathematicam Astrologiam diuinatoriam, ut iste dicit. quare &c.

Item arguit per l. Nemo: ibidem, vbi dicitur: Nemo aruspicem consulat, aut mathematicum sub pœna capitatis.

Rursus arguit per l. Et si: vbi supra: Si quis magus, vel magicis certaminibus assuetus, qui maleficus vulgi consuetudine nuncupatur, aut aruspex, aut ariolus, aut certè augur, vel etiā mathematicus, aut evarradis somnijs occultans artem aliquā diuinandi: aut certè aliquid horum simile exercens in comitatu meo vel Celeris deprehensus fuerit, præsidio dignitatis exutus, cruciatus, & tormenta non fugiat. Hæc ibi.

Ad hæc argumēta dicimus primo, quod per Mathematicam non debet intelligi Astrologia diuinatoria, seu prædictiua: sed ars necromantica quam multi magicam vocant. Ad secundum dicimus eodem modo:

nam

nam ibidem damnantur diuinantes, quos maleficos ob sceleris magnitudinem vulgus appellat, ut in eadem l. Et si, habetur. Ad tertium dicimus eo modo ut ad secundum.

Decimo tertio arguit ad idem per doctores ecclesiæ: & primo per Hieronymum, & habetur 25. q. 2. cap. sed illud: vbi reprobatur opprobrium Aegypti. s. obseruare auguria, requirere stellarum cursus, & cunctus ex his futurorum rimari. Respondemus & dicimus, quod Hieronymus reprobat ibi Astrologiam diuinatoriam excedentem limites scientiæ, quam docet Abraham Auenare in suo libro de interrogationibus, qui vult posse sciri per scientiam interrogationum, an res futura recuperabitur, & an seruus fugitiuus reuertatur.

Decimo quarto arguit per Basiliūm dicentem super Genesim, quod ars ista est occupatissima vanitas. Dicimus ad hoc, quod dictum Basiliū est de Astrologia nimis curiosa, & fatuitate geomantica.

Decimo quinto arguit ad idem per diuū Augustinum libro 5. de ciuit. Dei, cap. 7. vbi contra Astrologos loquens ait, Electo ad seminandum agrum die multa grana simul in

in terram veniunt, simul germinant, simul
herbescunt, flauescunt, & tamen spicas in-
de coæuas, & (vt ita dixerim) congermina-
les, alias rubigo interimit, alias aues depopu-
lantur, alias homines euellunt: ergo iudicia
Astrologorum secundum Augustinum sunt
falsa.

Item arguit per sanctum Augustinum in
libro 83. quæstionum. q. 55. vbi contra A-
strologos facit argumentum de Gemellis,
in quibus inuenitur tanta diuersitas actio-
num, cuenterum & voluntatum.

Rursus arguit per Augustinum, qui in 5.
de Trin. c. 7. inuehitur contra illum qui ele-
git horam, qua commiseretur vxori.

Iterum arguit per Augustinum lib. 2. quæ-
stionum veteris & noui testamenti, cap. 18.
vbiait, Nihil tam cōtra Christianos, quam
si arti matheſeos adhibeat curam: hęc enim
inimica dinoscitur legi Dei.

Item arguit per Augustinum de verbis
Domini in monte, Homelia 59. super illis
verbis, Ego sum vitis, vbi dicit, Quam mul-
tos o bone Deus mathematici fefellerunt,
quia sibi plerunque lucra promiserunt, &
damna inuenerunt.

Ad hęc argumenta dicimus, quod Augu-
stinus

stinus in nullo est contra conclusiones nostras, cùm in eodem lib. 5. cap. 6. dicat sic, Videlimus ipsius anni tempora variari, & lunaribus incrementis atque detrimentis augeri, & minui quædam genera rerum sicut echinos, & conchas, & mirabiles æstus oceani; non autem animi voluntates positionibus siderum subdi: nunc isti aëtus etiam nostros inde regulare conantur. Vnde dicimus, quòd verba Augustini sunt cōtra eos, qui ponebant res omnes, etiam aëtus humanae causari ex necessitate à cælo: cuius contrarium declarauimus suprà.

Item dicimus, quòd Augustinus loquitur (ut patet legenti) contra illos, qui volunt aëtus nostros cælo subdi.

Ad aliud dicimus, quod Augustinus loquitur contra illos, qui eligebant horā, qua commiserentur vxori, credentes moribus nascendi necessitatem à cælo imponi: cuius contrarium sentit Ptolemaeus in primo libro quad. cap. 3.

Ad aliud argumentum dicimus, quod Augustinus loquitur de illis, qui propter lucrum intromittunt se de his, quæ non sunt ab homine scibilia contra præcepta Ptolemaei in primo libro quadripartiti 2. cap.

Ad

30 ASTROLOGORVM

Ad alias rationes responsum fuit, Et dicimus ut supra. Vnde Augustinus ibidē ait: Si enim nascantur qui mali sunt, & econtra qui boni, frustra data est lex.

xvi. Decimosexto arguit per diuum Hieronymum super Sophoniam cap. i. vbi de Astrologis ait: Hisunt, qui eleuātur aduersus scientiam Dei: & omne quod geritur in sēculo, si & tam sibi scientiam pollicentes, referunt ad ortus stellarum, & occubitus, & mathematicorum sequuntur errores.

Item arguit per Hieronymum Isaiae 47. vbi ait: Hi sunt qui vulgo appellantur mathematici, & ex astrorum cursu lapiliisque syderum res humanas regi arbitrantur: &, cūm salutem alijs promittant, sua ignorant suppicia.

Ad authoritates supradictas dicimus, quod Hieronymus loquitur contra Astrologos libertatem arbitrij intringentes, ut patet cap. 47. super Isaiam, in cap. autem primo super Sophoniam impugnat Mathematicos, humanam voluntatem cælo subiugantes.

xvii. Decimo septimo arguit per Diuum Ambrosium in Exameron. lib. 4. cap. 4. vbi ait: Nonnulli tentarunt nativitatum exprime-

re

te qualitates, qualis sit unusquisque, qui natus sit: cum hoc non solum vanum, sed inutile sit querentibus. Et post pauca: Redemptisunt Apostoli & congregati ex peccatoribus non utique nativitatis suæ hora; sed Christi eos sanctificauit aduentus. Hęc ille. Vnde nos dicimus, quod Ambrosius ibidem loquitur contra illos, qui volebant omnes actus humanos produci à cælo ex necessitate etiā introitus in paradisum: unde subdit idem, Latro in cruce damnatus ille cum Domino crucifixus nō beneficio sue nativitatis, sed fidei confessione ad paradisi transiuit gaudia. Ionam non vis nativitatis, sed diuinæ præceptionis offensa præcipitavit in mare: & Petrum de carcere imminente morte perimendum angelus Christi, non stellarum series liberauit. Hęc Ambrosius: cuius sententia est conformis Ptolomaeus in Centiloquio, propositione 8. & in 1. lib. Quadripartiti, cap. 3. ubi ait: Non cogitemus ea, quæ accidunt ex cælo, esse necessariis, ut quæ sunt à Deo. Hęc ille.

Decimo octavo arguitur ad idem: quia **XVIII.** secundum Albumasarem in lib. 2. de conjunctionibus magnis, differētia 8. Coniunctio duarum infortunarum significauit nativi-

tiuitatem Mahumeth: & alia postea significauit eius mortem: hoc videtur limites Astronomicos excedere.

Item Albumasar ibidem ultima differentia dicit, quod alia coniunctio significauit Iesum filium Mariæ: quod videtur esse hæreticum.

Ad hæc dicimus, quod Albumasar exceedit limites contra doctrinam Ptolomæi in Centiloquio, propositione prima. Et in primo libro quadripartiti cap. 3.

Dicimus secundo, quod forte non esset hæreticum tenere quod secta Mahumeth, & secta Arabum fuerint in celo, ut in signo: quia ut dicit Albertus Magnus in suo speculo Astronomico cap. 13. Nihil prohibet in his, quæ ab hominis pendent voluntate, cælum esse signum, & non causam diuersarum enim partium contradictionis, quarum alteram potest homo eligere, sciebat Deus ab æterno quam illarum eligeret. Vnde in libro universitatis, qui est cæli pellis, potuit significare si voluit: nec tamen per hoc infringitur liberum arbitrium; sicut non infringitur diuina prouidentia posita. Hæc ex illo.

Dicimus tertio, quod nativitas Domini nostri

nostrī Iesu Christi secundum Albertum in
speculo astronomico cap. II. potuit esse in
caelo, ut in signo, non quia cœli figura es-
set causa, quare sic nasceretur: sed potius
significatio: immo etiam erat causa, quare
modus suæ admirandæ nativitatis per cœ-
lum significaretur. Hæc Albertus.

Dicimus quarto sequendo viam S. Tho.
secunda secundæ, quæst. 95. art. 5. quod cœlū
non potuit esse signum incarnationis filij
Dei: quia ut dicit S. Thom. ibidem, cœlum
non potest esse signum nisi eorum, quorum
est causa: non fuit autem causa incarnationis
supernaturalis nativitatis filij Dei: ut
Albertus Magnus etiam dicit, vbi supra,
cap. II.

Dicimus quinto, quod esset hæreticum
tenere quod incarnatio filij Dei, vel modus
supernaturalis nativitatis eius fuerit in cœ-
lo, ut in signo hominibus noto: quia tunc
tale mysterium non fuisset angelis abscon-
ditum ante incarnationem: cuius contrariū
habetur ad Ephes. cap. 3. & forte quod S.
Thom. in secunda secundæ, quæst. 95. artic.
5. vult quod cœlum nō sit signum, nisi quo-
rum est causa, loquendo de signo homini-
bus noto.

Et si dicatur, Petrus Alliacensis vir in omni scientiarum genere magnus, in suo elucidario ponit figuram nativitatis Christi, & dixit, quod eius ascendens fuit in octauo gradu Virginis, Mars autem fuit in domo octaua quæ est domus mortis. Et dominus Hieronimus Cardanus vir sapientissimus in expositione quadripartiti facit eius iudicium. Hoc autem videtur hæreticum, ergo & cætera.

Ad hoc dicimus primo quod talis figura videtur ficta, & nulla ratione formata, cum Christus humilitatis gratia nasci voluerit in stabulo, ubi non fuit Astrologus uterque Astrologicis instrumentis, scilicet Astrolabio, vel instrumento umbræ, vel instrumento aquæ in sciendo horam, qua separabatur à matre, de quibus instrumentis habet ab Haly Rodoam in 3.lib. Apotelesmatum, cap. 2.

Dicimus secundo, quod non esset hæreticum concedere, quod nativitas Domini nostri Iesu Christi, in quantum homo fuerit in celo, ut in signo, & ut in causa: quia Christus in quantum homo conceditur esse creatura, ut patet per S. Thom. 2.par. q. 16. art. 10, non tamcn propriæ Christus secundum

dum quod hic homo asseritur esse creaturam
quia hic homo notat suppositum, ut S. Tho.
ibidem dicit.

Dicimus tertio, quod forte non esset hæreticum tenere talem figuram esse veram. Unde Magnus Albertus in suo speculo Astronomico, de libris licitis & illicitis, cap. II, ait,
Iam scimus, quod signo Virginis ascendente natus est Dominus Iesus Christus, non quia subiaceret stellarum motibus, qui creauerat omnes stellas: sed quia cum extenderet cælum sicut pellem formans librum uniuersitatis; & deditur opus facere incompletum, voluit literis eius deesse, & eis, quæ secundum prouidentiam in libro æternitatis sunt: illud elegantissimum antequam de Virgine naiceretur, ut per hoc innueretur homo naturalis, & verus, qui non naturaliter nascebatur: non quod cœli figura esset causa, quod sic nasceretur, sed potius significatio: immo ipse erat causa, quare modus suæ admirandæ nativitatis significarerur per celum. Hæc ille. Et nota, quod si quis teneat omnia in diuina prouidentia scripta, esse in celo signata; debet dicere, quod secretum magisterij astrorum Deus voluit occultare à nobis, ut dicit Albertus ibidem cap. 13.

xix.

Decimonono arguitur, Quia Astrologi iudicant per imagines cœli, quæ ab imaginatione humana finguntur: vt confitetur Albumasar in suo introductorio cap. i. tractatus secundi, & in 6. lib. cap. i.

Ad hoc dicimus, quod licet imagines cœli voluntate humana sint fictæ: vt dicit Albumasar in sexto libro introductorij sui, cap. p. & S. Thom. 7. Metaph. co. 14. tamen effectus stellarum tali in figura imaginatum experimento sunt cogniti: & secundum huiusmodi experimenta iudicat Astrologus.

xx.

Vigesimo arguitur: quia secundum Hermetem in cœtiloquio suo propositione 66. si quis habuerit in sexto loco nativitatis suæ Mercurium, conuertetur à fide sua in aliam: sed hoc non potest sciri ex cœlo, ergo &c.

Dicimus ad hoc argumentum, quod in concernentibus hominis voluntatem nihil certi potest dicere Astrologus: veluti patet per S. Thom. in prima parte quæst. 115. art. 4. maximè in particulari: cum quo concordat Ptolomæus in prima propositione Centiloquij.

Dicimus secundo, quod sexta domus est

ser.

teriorum & ægritudinum: neque inclinat ad religionem, veluti nona domus, teste Alchabitio.

Vigesimoprimo arguitur: Coniunctionum verarum tempora raro sunt æqualia; ergo nō potest certum dari iudicium. Consequentia nota, & antecedens est Alliacensis in cap. 13. sui elucidarij: & in cap. 25. dicit, quod raro concordant coniunctiones mediae, & veræ: nisi quando planeta est in auge, vel opposito augis sui epicycli. Respondemus ad hoc, & dicimus quod Astrologus nō debet facere iudicium assertuum: quia iudicia eius sunt media inter necessarium, & possibile: ut dixit Ptolomæus in Centiloquio, propositione prima.

Vltimo arguit ad idem argumento Ioannis Pici Mirandulensis, qui in suo libro primo contra Astrologos arguit per Aristotelem in problematibus deputantem Astrologum cum mimo & præstigiatore, quare &cæt.

Ad hoc argumentum, quod est Ioannis Pici dicimus, quod Aristoteles solum culpare potest Astrologiam excedentem limites scientiæ. Vnde Ptolomæus in quadripartito libro primo, cap. 2. dicit: Error, quo

XXL

errant aliqui in hac scientia, non est ex artis
debilitate, sed eius, qui se intromittit de ea:
& parum post inuehit contra illos, qui
transeunt ad loquendum de rebus, quæ
non sunt de natura, quod homo possit il-
las scire.

Dicimus secundo, quod miramur de tan-
to viro adducente Arist. ibidem contra A-
strologos, cum ibidem in particula scilicet
laudet Astrologos, dices, Cur aliqui pra-
uis interdum libentius, quam in honestiori-
bus studijs versantur: verbi gratia, præstigi-
atorem, aut mimum se aliquis potius velit,
quam Astronomum, aut Oratorem?

Vibrat etiam Caluinus aduersus Astro-
logiam, quam iudiciariam vocant, alia quæ-
dam, sed obtusa tela, quæ nec feriunt, & ter-
rent non multum. Nam ipse huic scientiæ
contradicit cum exemplis veteris testamen-
ti, cum tanta famæ fuisset in Syria, & in Iu-
daea Eliæ temporibus, & tam longa præter-
ea siccitas: Adducit deinde alia exempla de
Moysè, de Abrahamo, de peste tempore Da-
uidis, de Solis defectione, quæ sub morte
Domini nostri Iesu Christi contigit: & mul-
ta alia dixit, quæ facta fuerūt ex diuina pro-
videntia. Quare stultissimum esset quære-
re,

re, num sint ad eam rem affecta sydera, quippe cum hoc singulare quoddam, atque extraordinarium prodigiū fuerit. Nam aстрorum significations nō sunt prætorum edita; utpote quæ imperio Dei subiecta sunt. Hæc igitur supra naturam esse necesse est, ac proinde supra vniuersam Astrologiæ scientiam. Iam verò, quid est absurdius, quam singulare priuilegium ad legem generalem extendere? Quis istam eius impudentiam non videat, atque etiam derideat, cùm eius argumenta non concludant aduersus bonos Astrologos? Non est opus ullo acumen ingenij ad hanc tantam refellendam insipientiam: postquam eius fundamenta nō sunt firma, sed tanquam venenum in serpentis cauda delitescit, & simulat non cognoscere, quod corpora humana stellarū ac syderum imperio subiiciuntur. Dubium nemini est, quin cognitio illius certi, & constantis cursus orbium cælestium, præterea vis eorum, & facultas, ac si quid est eiusmodi, non solum magnam afferat hominibus utilitatem, verum etiam exsuscitet animas ad augustinum, magnificeque de Deo sentendum, cumque propter admirabilem sapientiam, quæ in eo genere appetet, honore

omni prosequendum. Vnde Dauid dixit:
Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manu-
um eius annunciat firmamentum. Et Moy-
ses dixit: Fecit Deus luminaria, & stellas, vt
sint in signa, noctes, dies, menses, & annos:
scilicet vt demonstrent nobis tempus feren-
di, sanguinem detrahendi, medicinam ad-
hibendi, abscondendi ligna, & similia, quæ,
ne sim longus, si omnia persequar exempla,
quæ commemorari possint ex doctrina Phi-
lonis Iudæi, finem imponam: quoniam ex
eorum eventis veritas appetet: & iniquum
est pronunciare priusquam causa cognoscatur.
At illi vituperant hanc doctrinam,
qui simpliciter eam ignorat. Quare corum
scripta & dicta merito deridentur. Non ce-
nim quærimus, si harioli, & augures casu a-
liquo & fortuna vera interdū prædixerint:
verum nos id unum contendimus, scilicet
an hæc scientia sit legitima, ac probanda, &
si damnant has prædictiones sacræ literæ?
Quis ergo negare potest, si certi sunt cæli
motus, & actiones definitæ, nontciam effi-
cialiquid ab ijs certi? Ut etiamsi homini-
bus accidere videantur, tamen sapiens eue-
nire illa, & quasi scienter fieri, intelliget.
Quis non videt ad Lunæ constitutionem
reple-

repleri, exinaniri, ægrotare, confirmari animalium corpora? Nam quām honesta, quamque digna sit bono viro sydralis scientiae cognitio, abunde testatur Ouidius, dum ait:

Felices animæ, quibus hac cognoscere primum,

Faſt. I.

Inq, domos superas scandere cura fuit.

Non Venus, & vinum sublimia pectora fregit,

Officiumue fori, militiaeue labor.

Quod etiam sentit Virgilius lib. 2. Georg.

Felix, qui potuit rerum cognoscere causas,

Atque metus omneis, & inexorabile Fatum

Subiecit pedibus.

Sanctus itaque Hieronymus ad Paulinū scribens, affirmat Medicorum, Astronomorum, Astrologorumque scientiam mortali- bus vel vtilissimam esse. Nonne etiam D. Dionysius Arcopagita philosophus, magnus Astronomiæ cultor fuisse perhibetur? qui Athenis percipiens in die passionis Dominice solis deliquium in plenilunio contigisse, nec huius causam inueniens, illud non esse naturale, sed miraculosum naturæ contrarium sanè dijudicauit, ac viso portento territus continuò exclamauit: Aut Deus naturæ patitur, aut tota mundi machina dissoluitur. Sed ut de cæteris taceamus;

mus, Christus virginis filius pientissimus, à
 quo salus & vita resurgit, eandē artem com-
 probauit, & ex elementorum ordine, atque
 constantia posse & serenos, & pluviæ dies
 prænoscī; & quodammodo augurari futu-
 ra posse, videtur testari Luc. 12. In cælo ali-
 ud hyemis, aliud sereni temporis signum est.
 Ad idem Matth. cap. 16. Cùm accessissent
 ad Christum Pharisæi, & Saducæi tentan-
 tes rogauerunt eum, vt signum de cælo o-
 stenderet eis. At ille respondens ait: Facto
 vespere dicitis, Serenum erit, rubicundum
 est enim cælum. Et mane, Hodie tempestas,
 rutilat enim triste cælum. Etiam & ipse
 Dominus cùm dixit Apostolis, Eamus in
 Iudeam iterum, & ipsi dixerunt, Nunc que-
 rebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis il-
 luc? Qui respondens dixit: Nonne duode-
 dic horæ sunt diei? demonstrat Astrolo-
 giam non esse vanam, nec superstitionem.
 Quod sanctus Thomas in opusculis cum
 autoritate Chrysostomi ita dicit, Nonne
 duodecim horæ sunt diei: quasi dicat Do-
 minus, Vos dubitatis ascendere in Iudeam,
 quia nuper Iudæi volebant me lapidare: sed
 dies habet duodecim horas, & quod cōtin-
 git in una hora, non contingit in alia? Vnde
 licet

licet tunc voluissent me lapidare, in alia hora
hoc nolent. Eccles. 3. Omnia tempus ha-
bent. Ecce igitur quomodo una hora est
bona, licet alia sit mala; quoniam in hora
mala Iudæi habebant malam voluntatem
contra eum: illa enim hora transierat, & bo-
na superuererat. Vnde ipse Dominus sci-
ens hoc, sciuit quod mala voluntas abierat
acordibus eorum, & voluit eligere sibi illam
horam, in qua ipsi non laderent eum. Et
propter hoc patet, quod ipse usus est electio-
ne, nec blasphemauit Astronomiam, si-
ue Astrologiam, sicut quidam inuidentes
detractores hodie faciunt. Quo fit, ut to-
ta via, totoque caelo mihi aberrare quidam
insolenter philosophantes videantur, qui
suam inscitiam prodentes, audeant teme-
re in Astronomiam illam sublimem philo-
sophiae familiarissimam insurgere, qui que,
necio quo ore, quaque fronte huic diuinæ
arti nigrum præfigere dñm conantur, & ab
hominum consortio perperam, & inique
sequestrare contendūt. Hos enim puto le-
uiter damnare, quæ penitus ignorat & de ea
sentire, quod cæci de colorum differentijs:
nam vniusquisque bene iudicat de his, quæ
benè nouit, horumq; bonus est iudex: Qua-
propter

Vera simili- propter felices essent artes, si de illis soli ar-
tudo ignoran- tifices iudicarent. Est igitur Astrologia vna
rum. ex septem artibus liberalibus, & est scientia
 vera, non prohibita, vt scribit Abbas Panor-
 mitan: in cap. ex timore. de sorti. Et dicere
 quod corpora cælestia, & stelle (sublata ne-
 cessitate) non cogunt hominem, sed incli-
 nant interdum ad vitia, & interdum ad vir-
 tutem, non est male dictum. Et sic de infir-
 mitatibus, & valetudinibus, & morte, & a-
 lijs iudicium facere, non est peccatum, &
 1. q. 115. art. permittitur bonis Astrologis: vt Caieta-
 4. ad. 3. nus asserit in sua summa, & sanctus Tho-
 mas in pluribus locis: qui etiam dicit in lib.
 3. contra gentes, cap. 91. Quæ verò ad cor-
 poralia pertinent siue exteriora, siue interi-
 ora sint in vnum hominis venientia, à Deo
 meditantibus angelis, & corporibus cælesti-
 bus dispensantur. Etc. 82. concludit, quod
 corpora cælestia causa sunt omnis alteratio-
 nis, & omnis motus in hoc infimo mundo.
 Et Scotus in 2. Sent. dist. 14. q. 3. dicit, Stellas
 actionem atque dominium habere in cle-
 mentis, in mixtis, in animatis, & inanimatis,
 & in sensitiuis, &c.

Obiectio.

Si ex dictis aliquis nunc diceret, Si stellæ
 haberent dominium in animatis, sequere-
 tur

tur quòd in homine liberum arbitriū pos-
set perire: quia genium nihil aliud esset nisi *Genium cuiusque
que quid sit.*
genitura: quòd si bonam habent genitu-
ram homines, bonos habent genios: si verò
malam, malos; quod est còtra Aristotelem:
quoniam quod Brutus infelicem habuerit
exitum, fuit ex sua genitura mala: quòd ve-
rò Augustus felicem habuerit exitum, fuit
ex ortu suo bono. Quare neque Brutus vi-
tuperandus, neq; Augustus laudandus est,
& genus demonstratiuum apud Rethores
periret: quod est manifesta fatuitas.

Amplius non est existimandum ab ipsis
optimis intelligentijs, & optimis corpori-
bus cælestibus posse maleficia prouenire:
quandoquidem à bono, nisi bona proce- <sup>A bono bona
procedere.</sup>
dant: & Auerroës 10. Metaphysices, Com-
ment. 19. manifestè damnat Astrologos ta-
lia asserentes: essetque duos deos introdu-
cere, quorum vñus esset causa boni, & al-
ter causa mali, qui fuit error Fausti de-
structus per Diuum Augustinum, in libro
peculiari, & etiam damnatus à Commen-
tatore 12. Metaphysices, comment. i. Qua-
re, &c.

Ad istam dubitationem, in qua diceba- *Responsum*
tur, quòd si genios non ponimus alios esse
quam

quam genituras, tunc perijt liberum arbitrium, & reliqua quæ ibi adduēta sunt: dicendum est, quod malum (ut patet etiā per Dionysium in libro de diuinis nominibus) nihil aliud est, quam defectus: Defectus autem vel prouenit ex nostra volūtate, & hoc malum culpæ solet appellari: vel prouenit non ex nostra voluntate, sed natura: quod fortassis malum pœnæ, vel malum naturæ dici potest. Loquendo de secundo modo, & hoc dupliciter contingit. Quoniam vel est defectus in latitudine entis, & nō in propria, & determinata natura: vel est in propria & determinata natura. Exemplum primi, Quodlibet, citra primum est, quod est Deus, est defectuosum in latitudine entis: quando nihil est quod sit tota & completa entis latitudo, nisi Deus ipse, & sic unum quodque ens, citra Deum, dici potest quoque modo malum in natura, quoniam defectuosum in natura entis. Exemplum secundi, Sicut homo claudus, vel cæcus, non solum dicitur defectuosus; quia non habet completam entis latitudinem: verum etiam quia non habet requisita ad perfectionem humanæ speciei: Et tunc dico, quod negare Deum, intelligentias, & corpora cælestia, esse

esse causam malorum iuxta hunc modum. *Quomodo*
 Secundum accipiendi malum, est destruere *Deus sit causa*
 pulchritudinem & ordinem totius vniuersitatis: *samali.*
 si: vniuersi enim pulchritudo consistit in diversitate, neque esset vniuersum, nisi ex tot
 diuersis esset compositum: veluti homo non
 esset perfectus homo, nisi omnia membra,
 quae sunt tam diuersa, haberet: si enim in ho-
 mine tantum esset cor, vel oculus, non esset
 homo, veluti notum est. vnde appareat, con-
 cedere Deum esse causam omnium entium
 sic à Deo deficientium, siue sint talia en-
 tia visibilia siue inuisibilia, & horum visibi-
 lium sublunarium pro tanta diuersitate
 concurrere corpora cælestia, vnde corpora *Vnde diversitas*
 cælestia secundum diuersas partes suas, & *sitas in hoc*
 diuersos aspectus causant diuersitatem in
 mundo inferiori: vnde aliquibus annis vi-
 demus animalia magis proficere, in aliquibus
 econtra: videmus etiam diuersas plan-
 gas celi facere pro diuersis animalibus, plan-
 tis, mineris, & sic de reliquis, quod & aper-
 te conceditur à diuo Augustino in quinto
 libro de ciuitate Dei, & in multis alijs locis.
 hoc etiam canit Ecclesia, cum omnia ista
 sint opera Domini. Sic itaque loquendo
 de malo & defectu, nihil conuenit Deum
 esse

est autorem defectus & mali modo superdicto. Vnde Deus est causa serpentis, qui serpens, quantum est in se, est bonus, licet eius venenum, & morsus sint noxia hominibus, & alijs animalibus: imò non esset bonus serpens, nisi alijs esset noxijs. vnde Regulum siue Basiliscum sibilo non interfici entem animalia, non diceremus esse de bonis Regulis, quia esset defectuosus in sua specie: cùm autē nihil citra Deum sit, quod non aliqualiter participet de natura perfecti, & etiam à tali natura deficiat; cumque detur plus & minus, in his consueuimus dicere, minus deficientia esse bona: plus autem deficientia esse mala. Veruntamen dicimus Deum omnium esse causam, quare in hymno canitur, quòd omnia benedicunt Dominum, & omnia laudant Dominum, incipiendo à prima creatura usque ad ultimam creaturam. Nihilominus quanquam omnes conueniant Dominum esse causam omnium istorum, & defectuum in latitudine entis, videlicet hominis, leonis, lupi, & sic de reliquis: tamen non omnes videntur esse concordes de defectis in specie: utpote quòd homo nascatur cæcus, vel claudus. Philosophi videntur dicere hæc non esse intenta à natura,

à natura, sed esse peccata naturæ, & quod
 non habeant causam per se. Augustinus au-
 tem, cui & multi consentiunt, videtur dice-
 re oppositum cap. 9. 16. libri, & etiam 8. cap.
 21. libri, de ciuitate Dei. Verum pro nunc
 non sit disputatio (& fortassis inter has o-
 piniones posset poni concordia) nunc au-
 tem sat sit Deum, & corpora cælestia esse
 causas istorum defectuum & malorum: ne-
 cessariumque est hoc confiteri, nullumque
 sequitur incommodum: imo dicere oppo-
 situm est manifestus error, saltem de malo
 seu defectu in natura entis. Videtur tamen,
 quod etiam corpora cælestia sint causa de-
 fectus in specie, utpote cæxitatis, & claudi-
 cationis argumento, quod Mathematici
 multotiens ex inspectione syderum prædi-
 cant annos monstrosos, & etiam ista mon-
 stra prænunciant ventura, quare à mon-
 strando monstra appellata sunt, veluti 8. ca.
 2. lib. de ciuitate Dei dicit Augustinus; qua-
 re ista pars tutior videtur. Causa etiam fina-
 lis talium monstrorum ponitur ab eodem
 Augustino 8. cap. 16. ciuidem libri: quare ex
 istorum sententia, & mea Deum, & corpo-
 ra cælestia esse causas affirmandum est. Lo-
 quando autem de malo culpæ, quod proue-
 niat

causa defor-
 etum in spe-
 cie.

monstra in
 de dicta.

malum culpa-

niat à voluntatibus nostris, adhuc dupli-
ter hoc intelligi potest, vel disponendo &
inclinando tantum, vel cogendo ipsam vo-
luntatem: & hoc secundo modo est dupli-
citer. Quoniam vel remanente intellectu, &
discursu non ligatis, sed solutis, vel ligatis: si
secundo modo, dico corpora cælestia horū
esse per se causam; verū tunc non propriè
& verè dicitur esse malum culpæ: non enim
esse potest culpa, ybi ratio non potest habe-
re imperium, & ministrare: & sic operantes
operantur veluti bestiæ, neq; sunt domini
suorum actuum. Si verò ratio est soluta, sic
dico neq; Deum, neq; corpora cælestia per
se esse causam talium defectuum, quādo vo-
luntas, stante libera ratione, est libera, &
à nullo potest cogi. Quòd si Deus volun-
tates moueret, ad bonum moueret, & non
ad malum: nulla autem creatura cogendo
potest mouere voluntatem, si ratio est solu-
ta: Quare ut sic neq; Deus, neq; corpora cæ-
lestia sunt, neque esse possunt causa mali. Si

Dispositio ad autem loquamur quo ad dispositionem, sic
malum vni- de. **sine dubio** corpora cælestia sunt causa ma-
lorum: verū tale malum non est malum
culpæ, sed malum naturæ, quod est Dei, &
intelligentiarum, ac corporum cælestium.

Quod

Quod si dicatur, Deus igitur & corpora cælestia disponunt ad malum culpæ; quare videtur allicere homines ad peccandū: nam si iste est dispositus ad venerea ex corporibus cælestibus, vel ad furtā, licet corpora cælestia non cogant, tamen videtur esse peccatum ipsorum in sic alliciendo: veluti est in hominibus, si unus homo alteri persuadeat ad furtum, vel aliquod aliud peccatum.

Amplius, quoniam videmus istos ita dispositos, semper agere secundum istam dispositionem: imò si à Mathematicis habuerint aliquid de suis eventibus, videmus, dum cipiunt illa fugere, in illa incidunt, ut legentibus multas historias patet: quare non tantum videtur disponi, verum etiam cogi.

Præterea dictum est in habentibus rationem ligatam voluntates cogi, & homines esse veluti bestias: Modò quæ est causa finalis, quod corpora cælestia sic ligant mentes hominum, ut patet in fatuis? hoc enim videtur multum irrationabile, cum omnes sint æqualiter homines.

Verum haec non obstant: diciturque ad *Responsio.* primum, quod diis & corporibus cælestibus disponentibus aliquem hominem ad actum

venereum, ratione tamen existente soluta,
sive peccet iste sic dispositus, sive non pec-
cet, est bonum: & nihil est, quod dijs, & cor-
poribus cælestibus succentemus. Si nanq;
*Quid vni
malum est
alteri bonum* homo talis peccat, certè est malum sibi, sed
potest esse bonum alteri: ut interfectores
Socratis peccauerunt, & fuit malum culpæ
*Socrati bonū
fuisse mori.* ipsis interfectoribus: fuit autem bonū vir-
tutis ipsi Socrati, quoniam maior fuit eius
constantia, magisque claruit Socratis vir-
tus. Vnde legitur de Aristippo, cùm interro-
garetur qualiter mortuus esset Socrates, re-
spondisse, Utinam mihi taliter mori contin-
geret: quare culpa interfectorum Socratis
resultauit in maiorem Socratis virtutem, &
sic vniuersum perfectius factum est. Vnde

Natura ordo. natura despiciens partem, respicit totum:
& relinquens minus bonum, de maiori bo-
no procurat. Si verò sic dispositus ad vene-
rea, non peccat, est in potestate sua absti-
nere: sic longè clarius est virtus ipsius sic dis-
positi in abstinendo, quam si nō fuisset dis-

*Virtus in ab-
stinentia cla-
rescit.* positus: sicut etiam dicit Aristoteles in 2.
Oeconomia de Penelope & Alceste, quæ
quoniam multa passæ sunt, ideo magis cla-
ruerunt, & nisi talia passæ fuissent, fuissent
ingloriæ. Non sentienti simulum venere-
um,

um, quænam laus est ab ipsis venereis abstinerere? virtus enim (ut inquit Apostolus) in infirmitate perficitur. Et hæc diffusè à Seneca tractantur in libro de prouidentia, & gubernatione mundi à Deo, & multis Epistolis ad Lucilium: quæ omnia referre nimis prolixum esset. Et quod adducebatur, Responsio ad obiectum.

quoniam sicut homo inducens hominem ad peccandum, peccat; sic & corpora cælestia disponendo homines ad peccandum, peccarent: negatur illatum. Primo quidem, quoniam corpora cælestia prouident deviuerso; homo verò de parte: quare corpora cælestia pro maiori bono faciunt minus bonum aliquando eo modo, quo supra declarauimus.

Secundo & melius, quoniam non pars est in utrisque intentio, corpora enim cælestia sic disponunt, non ut homo sequatur dispositionem, sed ut superet eam, & efficiatur clarior: ast homo illud facit mala intentio, ut ad peccandum inducat. Quod si tentando faceret, & ut virtus efficeretur clarior, non esset peccatum, imò virtus. Vnde diuus Augustinus 32. cap. 16. de Ciuit. Dei sic dicit: Neque omnis est culpanda Tentatio qua bona.

probatio. Et plerunque humanus animus sibi ipsi innotescere non potest, nisi vires suas sibi non verbo, sed experimeto, tentatione quodammodo interrogante, respondat. Vbi si Dei munus agnoverit, tunc pius est, tunc solidatur firmitate gratiae, non instatur in nouitate instantiae. Hæc ille.

Dispositus nō de necessitate esse malum operatur, sed ut in pluribus. Quod autem secundò adducatur, quoniam sic dispositus videatur de necessitate operari, huic dicitur, stante ratione soluta, istud esse impossibile: ut in pluribus tamen ita contingit: quoniam sicut una virtus ad alias virtutes disponit, cum sint connexæ; ita unum peccatum disponit ad aliud, & fit habitus, qui est de difficile remouibilius.

Habitus ad habitas à corporibus cœlestibus ex multis malis vnde peccatis, quæ fecerunt, incurserunt in fatum sibi prænunciatum ex syderum cognitione. Vnde & Salustius in Catilinario dicit, Catilinam incidisse in desiderium euerendi paternum, quoniam filium suum interemerat veneno, captus amore Orestyllæ, quæ filium cœli dispositiones nū ne cessarent. timebat. Quod autem cœli dispositiones non necessitent, patet ex relatis ab Alberto in primo de Animalibus, in tractatu de Physiognomia, & ibilege. Plutarchus quoque in vita

vita Niciæ & Crassi, in capite, vbi eos inuenit comparat, sic inquit: Cùm nullum diuinationis signum Nicias aliquando neglexerit, hic autem omnia penitus deorum portenta contempserit, utriusq; idem ferme exitus fuit. Difficilis sanè res ad iudicandum, &c. Ex quo patet, Astra inclinare, & non cogere. Augustus quoq; multa pericula euasit præuidens fatum: idemq; refert Velerius Maximus in 1.libro. Id voluit Ptolomeus cùm dixit: Sapiens dominabitur astris. Imò vana essent vaticinia & iudicia, nisi obstat possemus.

Quod etiam tertio adducebatur, quoniam cœli peccare videntur in generando hominem fatuum, &c. certè secundum ponentes intellectum humanum mortalem, paucā sustinet difficultatem: quoniam hoc ex perfectione vniuersi, sicut camera picta ex diversis animalibus est pulchrior, & delectabilior ea, in qua tantum esset vna figura, vt in libro dc mundo dicitur. Posunt & fatui habere alias utilitates: sunt enim pro sapientibus, vt eos oblectando, vel seruiendo, vel quoniam ex hoc speculantur de varieta te naturæ, vel aliquo huiusmodi. Secundum verò tenentes intellectum esse immorta-

lem & multiplicatum, difficilius est responder: Tamen D. Augustinus in 16. de Cuius Dei abunde ad hæc satisfacit, vbi ponit causas diuersitatis figurarum humanarum, & monstrorum: quare ibi legas.

His habitis, patet responsio ad omnia, quæ ibi inducta sunt. Nam stantibus illis dispositionibus factis à cælis, & stante solutariactione, nō perit liberum arbitrium, immo magis perfici potest: Vnde Brutus potuit euadere tam infelictem exitum: & Augustus potuit esse infelix. Causa autem, quod in pluribus hoc contingat, præter assignata superius, scilicet propter peccata præcedentia, est, quoniam homo parum habet de intellectu, & multum de sensu: quare gubernatur à sensu, & relinquit intellectum: modò sensus per se subiicitur corporibus cælestibus: & hanç causam assignat S. Thomas in libel. de fortib. Pauci enim sequuntur intellectum, sed plurimi sensum: quare ut in pluribus sequuntur dispositiones cælestes, veluti bestiæ faciunt. Neque sequitur, apud Rethores genus demonstratiuum perire: nam laudamur & vituperamur secundum actus prouenientes à libero arbitrio, qui per positionem non auferuntur. Quomodo etiam
mæ

*Car plures
peccant.*

mala ab intelligentijs, & corporibus cœlesti-
bus veniant, iam dictum est: quoniam non
inconuenire mala naturæ, imo esse necessa-
rium: mala autem culpæ est impossibile ab
eis procedere. Cumque vterius adduceba-
tur Auerroës arguens Astrologos, dicitur, Si
Auerroës damnat Astrologos secundum ^{Auerroës contra Astrologos taxatus.}

Aintellectum datum, ipse damnandus est, ne-
que ea apud me est viri authoritas, vt renui
non posset. immo ipsi Astrologi recta dicunt,
& consona sensui ac rationi: & ipse Auer-
roës pessimè dicit, contradicitque sensui &
rationi. Si verò creditit Astrologos sentire
corpora cœlestia cogere homines ad pecca-
tum culpæ, eos nō intellectus. Quare & qui-
dam recentes multis verbis ornatis insectan-
tes Astrologos eodem peccato laborant,
quo & Auerroës, aut enim Astrologos non <sup>Contra Pi-
cum Mirand.</sup>

intelligunt, aut si intelligunt, grauiter errat:
& certè in illis suis libris non video nisi arro-
gantium, & petulatiam, & præter ornatum
nihil boni contineri. quamquam aliqui re-
ferant sententiam non esse suam, sed tan-
tum ornatum apposuisse. Vlteriusque dici-
tur non oportere duos esse Deos, vnum bo- <sup>Non oportere
duos esse
Deos.</sup>

nii, & alterum mali, vt inferebatur. Nam o-
mne bonum & malū naturæ est à Deo: ma-

lum autem culpæ est ex nostris voluntatibus. Quod malum, vt Augustinus & Dionysius demonstrat, non habet efficientem, sed deficientem causam.

Dico igitur quod cælorum esse etus impediti possunt. Nam experientia cernimus, agriculturæ arte nonnulla naturaliter producenda adeo variari, vt ea, quæ cælorū casu illis euenirent, minimè contingant, in serendo, seminando, plantando, abscindendo: circa elementa quoque similem alterationem patet euenire: circa pecora etiā interficiendo, matrem cum foemina iungendo, testiculum dextrum, vel sinistrum abscindendo, vt masculi vel foeminæ generentur: quæ omnia si solo cælorum influxui relinquantur, profecto exitus diuersos consequuntur: mutantur autem ab ea causa, quæ cælis non subditur, à qua & fortuna, & ars, & consilium sequuntur, duoque resultant principia, natura scilicet, & propositum.

Authoritates innumeræ adduci possunt, non modo Theologorum, ac Philosophorum, necessarium & contingens ponentiū, moralium quoque virtutes & vitia, & cætera prædicta; verum etiam Astrologorum. Ptolomæus enim hæc inferiora cælis non in-

inevitabiliter affirmat euenire, sicut quæ di-
uina voluntate: in libro Centiloquij Aph-
s. i. Potest huius scientiæ professor mul-
tos effectus stellarum euertere &c. Idem A-
phor. 8. Animus sapiens cælesti potestati
cooperatur, sicut optimus agricola mun-
dando, &c.

Ratio etiam idem ostendit: nulli enim
dubium esse potest, cælos à libera causa sibi
non subiecta impediri posse: sicut iam su-
pra dictum est. Vnde ex his dictis concludi-
mus eos verè esse Christianos, qui tali Astro-
logiæ operam nauant. Quod ego verissimū
esse, & animo, & rationibus non ambigo:
pium profecto arbitrans Astrologiam, &
eius penetralia nosse: modò quis ut Christi-
anus, quæ dat, accipiat; non peruerat, non
abutatur: vt in opere hoc ostendisse pro
voluminis breuitate crediderim. Si ergo
non adduximus singula, quæ ad præsens ne-
gotium fuerant necessaria, veniam à legen-
tibus humillimè petimus: rogantes vt pro
sua benignitate nos in cunctis habeant ex-
cusatos. Quia verè scimus, & ita fore sine
dubio fatemur, difficile esse hominem exi-
stentem non peccare in multis: ita quidem
vt ignorantem: alia autem vt male iudican-
tem;


tem: alia vero vt negligenter scribentem. Et ideo ex tota mente, totali corde, ac ex omnibus animæ viribus rogamus, exoramus, & deprecamur Astrologos omnes, & maiores præcipue, vt si quid hoc in opere male intellectum, vel fuisse à nobis interpretatum ad aliquod impertinens de dictis authorum adductum inuenient, id pro sua corrigan humanitate. Multo que magis omni mentis affectu precamur Reuerendissimos catholice fidei nostræ professores, Archiepiscopos, Episcopos, hereticæque prauitatis Inquisidores, & cæteros omnes ad quorum manus, vt spero, licet indignus sit, noster hic tractatus perueniet, vt si in eo minimum quid Dei, vel eius filij Redemptoris nostri mandatis contrarium, vel dissonum repèrent, quod inaduentitia nostra, aut inscienzia scripserimus, emendent, corrigan, quinimo eradicent, & abradant, vt omnino non remaneat, & vt pro nihilo reputetur, & tanquam non dictum habeatur. Si verò aliiquid boni & utilis hoc in opere inuenient, volumus, & (si dicere licet) mandamus, vt id nobis minime ascribant, sed totū creatori omnium attribuant: quoniam, vt sanctus Iacobus inquit in sua epistola cap. I.

Omne

DEFENSIO.

61

Omne datum optimum, & omne donum perfectum defusum est, descendens à patre luminum. Quod etiam voluit Auicenna in libro de viribus cordis, cap. 2. dicens: Quæcunque perfectio, & omne bonum non nisi à prima veritate sunt, quæ omnium bonorum prima est uniformis manatio. Et Auenzoar in sui Theisirlib. & tract. 3. inquit, Omnis res procedit ab illo, qui est summæ, & ultimæ scientiæ, scilicet à Deo viuo, & vero, & benedicto: cui sit honor, & gloria per infinita æcula, Amen.



IOAN.

IOANNIS LEN-
SAEI BELLOLANI,
SACRAE THEOLO-
giæ Louaniæ Pro-
fessoris

Contra Genethliacorum superstitionem
ORATIO.

ADMONITIO AD
LECTOREM.

NON sum nescius, Christiane Lector, quam prope videri soleat cuiuspiam artis inimicus, qui eius abusum, præsertim inueteratum, reprehendat: Sed ego hoc ipsum, quod cuiquam videri posse parvipendens, cum Astronomiam & Astrologiam inter eas artes, quæ mortalibus utilissimæ sunt, cum diu Hieronymo repicare me profitear, abusum tamen quondam huius nimium etati familiarem, artisq; falso sub nomine receptissimum, palam etiam reprehendere non dubitavi. Nam, quantum ex veterum libris iudicari potest, video superstitionis hoc genus, ut apud infideles maxime quondam valuit, ita languente fidei Christianæ vigore sensim irrepessisse, tandemque imperitorum animos vehementer occupauisse. Certe, Gracia labas-

labascente, maximam Astrologorum fuisse turbam,
qui futura prædicere se profiterentur, ex illorum tem-
porum Annalibus accepimus. Neque vero metuimus,
ne quisquam miretur tantum abs re nostra fuisse otio
nobis, aliena ut curaremus, & ea, quæ ad nos nihil
attinerent, siue ne falcem (quod aiunt) mittere di-
ceremur in messem alienam. Habet enim hic quoque
Theologus, cuius ad se cognitionem pertinere dicere
iure possit. Cum enim eius proprie sit de virtutum,
vitiorumque causis, & originibus differere, sicuti
Medicorum est causas videre morborum, quid alie-
num a professione sua facit, si id querit, Possint ne sy-
der a virtutum in nobis, aut vitiorum causas submi-
nistrire? Rursum, cum sit eius studiose dispicere, &
cauere sedulo, ne quis noxiarum superstitionum la-
queis irretiatur, ideoque in Theologia de supersticio-
num generibus, quibus vel occulta, vel futura cog-
nosciri putentur, varie ex professo quæstiones moue-
antur: profecto ne latum quidem vnguem ab insti-
tuto suo discedit Theologus, si Astrologia diuinatri-
ci, nullane superstitione miscetur in futuris prænun-
ciandis, sibi inuestigandum putei? Denique, si non hic
ipso Theologorum principes, duces haberemus,
securius fortasse nos tanquam in alieno consistentes
amulius aliquis impeteret: sed tantorum ducum mu-
nitio præsidij nihil metuimus, cum id facimus sacerculo
nostro iustissimis de causis, quod illi sibi suo facien-
dum esse simili adducti ratione putauerunt. Et illi
quidem aduersus Gentiles Astrologos præcipue dispe-
rebant, quorum intollerabili errore fatalis quadam ne-
cessitas,

cessitas, res agens humanas, ponebatur, sed ea tamen reliquere non pauca, quibus adiuti posteri, Gentilis possent erroris reliquias conuillere. Ad quas profecto reliquias pertinere putamus, imprimis quod de propensionibus ipsis afferitur, eas in nos a caelo syderibus que manare: Non quod scholasticis hac in parte doloribus aduersemur, qui sydera per accidens inclina-

D. Thomas re dicunt ad bonum aut malum, non directe & per in 1. parte se, & illud ipsum per accidens ita generatim efficere q. 113. circa gentes duntaxat ac nationes, ut ex contemplatione syderum de singulorum hominum particula- art. 4. tim affectionibus & propensionibus prænunciari, ne ad tertium. probabili quidem conjectura posset. His igitur aduersari, & eorum suggillare doctrinam, quorum in hac ipsa causa literis adiuuamur, propositum nequaquam fuit. Nam quis nescit ex rebus bonis ea, que mala sunt per accidens (vt ipsi loquuntur) non raro prouenire? Ut enim a caelo non recedam, constat mun- dum ynnersum viuis ignoratione Dei laborantem in grauiore idolatriæ & tenebras ab ipsa cœli prestan- ti specie esse demersum. Sed procul sit a nobis, vt tanti malii per se causam, tam bonum & utile omnipoten- tis conditoris opus fuisse arbitremur. Contra illos agi- tur, qui vel ob significationes quasdam syderum, for- masq; signorum, vel ob noxiis, & maleficas, aut be- neuolas (vt aiunt) influentias hoc directe, & perse- consequi, quo suam artem stabiliant, afferunt, vt hic vel ille ab ipso ortu ad virtutes viriaue certa propen- deat, ideoq; qualis in vita quisque futurus sit, et si non certo propter liberum arbitrium, tamen verisimiliter quod

quod naturæ sequatur semina quisque sua , circa
vnumquemque sigillatim posse prædici. Habent isti
authores, quos sequuntur, veteres Astrologos, Prolo-
mœum, Iulium Firmicum Siculum, Almansorem in
suis Aphorismis ad Saracenorū regem, Zahelēm
de electionibus, Messahallach de ratione circuli & stel-
larum, & qualiter operentur in hoc seculo, Omar de
natiuitatibus, Marcum Maniliū, qui ad Cæsarem au-
gustum Astronomicon heroico carmine conscripsit,
magnifico illo vsus exordio:

Carmine diuinæ artes & conscientia
Syderæ, diuersos hominum variantia casus,
Cœlestis rationis opus, deducere mundo
Aggredior.

Ab his igitur superstitionis Astrologica magistris
veram tradi scientiam rati, hanc non pauci miran-
tur. Eiusque opinione scientia quidam inflati, audent
cuique suam (ut vocant) natiuitatem confidere, hoc
est, describere per singula, quid facturus, quidve
passurus quisque videatur, ex eo syderum aspectu,
sub quo nasci deprehendebatur. Quod si vel aliquan-
ta probabilitate tanquam artis adminiculo pos-
sent, tum eos adire atque consulere liceret de fu-
turiis euentis. Atqui D. Thomas Aquinas, quem ta-
men quidam professionis huius propugnatores sibi
parrocinari putant, in opusculis suis dicere non
dubitauit, peccare grauiter eum, qui iudicys
Astrorum vteretur circa eas res, que ab hominum
voluntate dependeant, semperque Ecclesie pastores,
& veteres, & recentiores suos sunt auditores & con-

Apologetici
 cap. 55. Sulendis istiusmodi professoribus dehortari. Eadem of-
 ficia dependunt, inquit Tertullianus, qui & Astrolo-
 gos, & Aruspices, & Augures, & Magos de Cesa-
 rum capite consultant, quas artes ut ab Angelis de-
 sertoribus proditas, & a Deo interdictas, ne suis qui-
 dem causis adhibent Christiani. Multos quoque ma-
 los Christianos inspectores ephemeridarum, & inqui-
 sitores, atque obseruatorum temporum obiurgari so-
 lere a se, & a quibusdam bonis, melioribusque Chris-
 tianis Diuus Augustinus ait, enarrans Psalmum
 quadragesimum. Quid? quod nonnulli & hac aca-
 te, & superioribus, Astrologia peritissimi totum hoc
 prædicendi genus repudiandum esse purauerunt?
 In quibus Eudoxus quidam Platonis auditor, in
 Astrologia iudicio doctissimorum hominum facile
 princeps, sic opinatur, id, quod scriptum reliquit Chal-
 deis in prædictione, & in notatione cuiusque vite ex
 natali die, minime esse credendum. Nominat etiam
 Panatus, qui unus ex Stoicis Astrologorum prædi-
 cta reiecit, Anchialum, & Cassandraum summos
 Astrologos illius atque, qua erat ipse, quem in cate-
 ris Astrologiae partibus excellerent, hoc prædictionis
 genere non usos. Bardeanem Eusebius scribit, cum
 in Astrologiae studio clarus esset habitus, postea Chris-
 tianum effectum, non modo non usum Astrologica
 prædictione, verum etiam libris editis improbase.
 Libro 6. de
 preparatione Quod autem ad bella pertinet, ac diuersorum col-
 Euangelica, lisiones populorum (quas Martis & Saturni con-
 cap. 9. iunctione significari pronunciant,) nonne videre per-
 facile est, ex astris tanquam ex causis præscire nihil
 posse?

posse? Syderis enim cuiusque simplex operatio, vnam
 quampiam subiectis corporibus imprimens qualita-
 tem, concursum illum diuersissimarum voluntatum
 atque causarum naturaliter efficere nullo modo po-
 test. Signa quoque, licet alia sint ignea seu calida, a-
 lia aquatica, aut terrea, siue frigida, quo cunque in
 his modo Planeta se habeant, & quacunque tandem
 varietate lumina qualitatesque misceantur, nun-
 quam efficere naturaliter possunt, vt gens aduersus
 gentem bello confurgat: Significare vero hoc ipsum
 qui poterit quacunque coniunctio? Nam signa aut
 naturaliter significant, aut ex placito: si naturaliter,
 aut quia sunt cause, aut quia sunt effecta: quorum
 virumque in hoc quidem genere concurrentium re-
 vnum syderibus remouimus: Sin ex placito, aut ergo
 divino, aut humano. Et cum de humano constet dici
 nihil posse, superest ut prophetico spiritu prædicti isti
 videantur, qui reuelante per astra Deo, futura pre-
 noscunt. At prophetas esse, tam pulchre ex prognosti-
 ciis apparet, hoc quidem tempore, ut præter errata fre-
 quentissima alienum interdum animum a vera Re-
 ligione deprehendas, magisque omnino quid optene-
 aut metuant, loquuntur, quam quid vel somniarint
 e syderum aspectibus: neque nobis metum faci-
 unt, ne artis ignari esse dicamur, quam in præ-
 nunciandis futuris tam male ipsi didicisse videan-
 tur. Nec quis eam bene didicerit, profecto dicere
 possunt, quo se cunque couerterint. De qua cum mihi
 frequens disputatio cum doctissimis Astrologis fui-
 sit, neque solidi quicquam afferretur, ubi posset ani-

mus conquiescere, deprehensa professionis vanitatem, refellendam magis quam sequendam iudicauit: sic sane, ut alios quoque, quos possem, instruere, tibique, Lector Christiane, hac etiam in parte prodeesse conatur. Hoc enim boni ut labore nostrat antillo proueniet, in animo certe fuit: Si proueniat, illius erit munus, cui omnis salutaris cognitio accepta ferenda est. Vale:

PRO O E M I V M.

QVONIAM huius loci, atque huius exercitationis sapientissimè à maioribus nostris instituta hæc ratio est, Auditores, ut de qualibet proposita quæstione differatur, ut si alias de rebus alijs hoc ipso anni tempore, & loco diximus; ita nunc de syderum vi, atque in res humanas efficientia differemus. Quod argumentum eo suscipio lubentius, quia tantæ ingeniorum varietati, quanta huc confluere solet, congruere satis aliquid istiusmodi iudicabam, & ad utilitatem reportandam, & ad percipiendam fortasse non mediocrem animo voluptatem. Et enim in ueteratæ cuiusdam opinionis labes, qua syderibus plus æquo tribuitur, sic adhuc multorum animis inhæsit, ut in hominibus

num vitam plurimum ea posse, non verbis
modò librisque editis præ se ferant, verùm
etiam saeculis ad persuasionis errorem com-
positis, apertè admodum clareque testentur.
Quæ si opinio sanctissimis virtutum studijs
inimica non esset, & si eius pernicies non ad
ipsam quoque virtutum principem Religi-
onem perueniret, tolerari posse, atque susti-
neri inter humani ingenij inuenta videre-
tur. At quum mortales multos vanitas hæc
aut à via studioque virtutis abduxerit, aut
deprauatis in moribus iam errates obfirma-
rit, atque obligarit, aut longissime certe va-
rijs errorum nexibus à veritate seduxerit;
non intelligo, cur non elaborandum in eo
sit, quod omnium ex animis radicitus euella-
tur. Si quispiam, cum deliquerimus, culpam
nos confiteri nostram oportere negaret,
hunc omnibus modis profligandum esse,
neque ferendum existimaretis: qui syderum
aspectibus vitiosos hominum mores atque
affectiones ascribunt, hanc utilissimam sum
meque necessariam confessionem eripiunt,
& nō hos omni ratione refellendos putabi-
tis? Si quisquam ea esset ingratitudine, ut
Christo redemptori & medico animarum
nostrarum ob initia progressusque virtu-

tum gratias agi non debere, palam profite-
retur; ad huius sacrilegas voces aures vestras
claudendas esse sine omni dubitatione cre-
deretis: At qui hoc ipsum callide suffurari
molitur pijissimum officium gratiarum a-
ctionis, qui, quod ab hominibus recte san-
cteque geritur, quod prudenter, quod for-
titer, quod temperanter, iusteque vivitur,
syderibus acceptum ferendum censet: non
hunc igitur nostra oratione persequendū,
delendumque iudicatis? Qui denique libe-
rum arbitrium naturæ humanæ detraxerūt,
haud æquis animis audiuntur ab ijs, qui Ca-
tholici, bonaque mete prædicti sunt. Quam-
obrem omni studio improbanda, atque e-
uertenda ea sententia est, qua rebus huma-
nis syderum vi necessitas afferri putetur.
Sic enim aliquando veteres Astrologi, sic
eos secuti Priscillianistæ hæretici, liberum
arbitrium, quo nihil habet mortalium natu-
ra præstantius, sustulerūt: Asserebant enim
In lib. de he- hi (inquit Augustinus) fatalibus stellis ho-
resibus, ber.

70.
mines colligatos esse, ipsumque corpus no-
strum secundum duodecim signa coeli esse
compositum: sicut ij, qui Mathematici vul-
go appellantur, constituentes in capite A-
rietem, Taurum in ceruice, Geminos in hu-
me.

meris, Cancrum in pectori, & cætera nomi
 natim signa percurrentes, ad plantas usque
 perueniunt, quas Piscibus tribuunt: Hæc
 (inquit) atque huiusmodi vana, fabulosa,
 sacrilega, quæ persequi longum est, hæresis
 illa contexuit. Ut autem Gentilium philo-
 sophi quidam syderum pulchritudinem, &
 magnitudinem atque inter ipsa concur-
 siones & quasi *Xορεας* qualdam (vt Plato
 loquitur) eorundem etiam in tam varijs
 cursibus suis incredibilem constantiam ad-
 mirati, in eam sententiam adducti sunt, vt
 illa non dubitare se dicerent in deorum nu-
 mero reponere: Ita isti (opinor) specie simi-
 li, constantiaque decepti, & aliquanta his-
 ce in terris experientia cœlestis virtutis ad-
 iuti, progressi eo sunt, vt animos quoque
 nostros multo nobiliores, cœlo syderibusq;
 subijcerent. Quem errorem sic confutabi-
 mus, vt primum sydera nihil valere ad vitia,
 virtutesque gignendas in hominum ani-
 mis demonstremus; Deinde, ex ijs prædici
 nihil posse de rerum humanarum euentis:
 Vos tantummodo, Auditores, dum ista exc-
 quirimur, audiendi patientiam præbeatis.

Principio igitur, qui vitiosas hominum
inclinationes ab astris effici constituunt,
parum id cauere videntur, ne Deum faciant
vitiorum authorem; Cum enim sydera ille
omnia condiderit, vimque omnem, qua in
res subiectas inserviunt, indiderit; quicquid
insita sibi facultate efficiunt, id omne De-
um authorem atque effectorem habeat ne-
cessere est. Neque enim illa hominum more
præfixas sibi à conditore leges, operando
prætereunt; sed aliud nihil per singula, quā
sui moderatoris nutum, exequuntur. Quo-
circa si quos efficiunt homines ab ipso sta-
tim ortu in deteriora proclives; quid erit
consequens, nisi ut hoc ipsum Deus effec-
se videatur? Rectissimè proinde D. Basilius

D. Ambrosi-
us lib. 4. hec
namerora

c. 4.

Homilia 6.
in hexame-
ton diuinis
officij.

eumque secuti Ambrosius, atque Augusti-
nus, cum aduersus Genethliaeos verba faci-
unt, hoc codem vtuntur argumento. Ma-
leficæ stellæ, inquit Basilius, prauitatis suæ
causas in eum, qui eas fecit, transferunt: Si
qua enim existit prauitas ex illarum natura,
opifex ipse mali creator erit. An forte prau-
itas est, furta & cædes facere, ad ea verò pro-
cluem esse, prauitas nulla est; & in scelera
impulisse, maleficium existimabitur; in ea
verò

verò primum reddidisse, maleficium nullum putabitur? Quis non protinus perspiciat iure propensiones ipsas detestandas haberi, cum facta dominantur? Et si is, qui verbo, factore quempiam sollicitat ad flagitium, ob id ipsum eius particeps, quod eius fusisse causa videatur; quae res inclinationem inferuerit ab ipso ortu vitiosam, nullane tibi scelerum eorum, ad quae illa pertraxerit, extitisse causa videbitur? Quod si hoc maleficium iure syderibus impingitur, Deum, ut antea dixi, fateri cogimur vitiorum authorum.

CAP. II.

Sed reperias hoc tempore, qui id non admodum refugiant: Quid enim est à ratione tam abhorrens, quod non hodie ut rationi consentaneum defendatur? Quid autem diuinis sacrisque omnibus tam adversum, ut non id cum ingenti sacrilegio assertur à nonnullis? Itaque & hæc blasphemia prorsus assertio, atque impietatis plenissima vox, qua Deus opt. max. peccatorum prædicatur author nostram hanc ætatem foede maculauit. Miramur, si astra ijdem facere dicant, quæ Deum verè proprięq; operari nec scribere erubescunt? Et quanquam

hoc eiusmodi est, ut sua se absurditate con-
demnet, quia tamen & causam suscep-
tum adiuuat, & non desunt, qui serpentinos hæ-
reticorum sibilos credulis nimium auribus
excipiunt, hoc à me paucissimi refelli pati-
amini. Quisquámne igitur ea est sacrilegæ
mentis audacia, Deum ut affirmare nondu-
bitet peccatorum authorem? Primum, iu-
stus scelerum vltor esse non potest, qui ad
ea ipse homines incitarit: quod enim in a-
lio quisquam fecerit, ob id eum supplicio
afficere si postulet, se quoq; eodem suppli-
cio dignum esse demonstrat. Quanam igitur
equitatis ratione iudicabit Deus hunc mun-
dum, si non modò mala fieri permittit, sed
ea etiā ipse committit? nec perpetrari dun-
taxat in mundo cernit; verum etiam ut per-
petrentur, decernit? Deinde, nō patitur hoc
rerū ratio, ut summa & infinita bonitas ma-
litiam gignat, ut fons ipse veri luminis, ve-
ræq; sapientiæ tenebras vitiorū effundat, ut
absolutissima deniq; mundicies peccatorū
fordibus inquietur: Non patitur (inquit)
non finit hoc natura rerum vel in humanā
cognitionem incidere, ut qui sit optimus,
pessima operetur. Porro, si verè dictum in
Euāgeliō est: Nemo bonus nisi solus Deus;

pro-

GENETH. SUPERSTITIO. 77

propterera quod ita sit bonus, ut ex eo, ceu
fonte, bonitas omnis emanet, profecto no-
bis id quoq; verè dicere licebit: Nemo ma-
lus nisi solus Deus; si ex eo, ceu primo prin-
cipio, malum omne profluxerit. Tolerabi-
lius proinde, absurdissimè licet Manichæi
fecerunt, qui quoniā & bona esse videbant,
& mala, atque vtrumque genus è proprio
duci principio statuebant, simulq; animad-
uertebant quām id esset ab omni ratione a-
uersum, si corum, que essent mala, Deum bo-
num authorem assererent; huic bono alium
quempiam Deum malum ex aduerso fin-
ixerunt, cui quicquid esset in rebus prauum,
atque vitiosum, assignarent. At isti rerum
naturis ipsis vim improbissimè ac demēti-
sum facientes, ab eo, quem esse sanctissimum
ipsi fateantur, impurissima fieri; omninoq;
ex eodem fonte dulce & amarum, iustum
& iniustum, pollutum & mundum proflue-
re, dicere & docere non verentur. Repre-
hensos à Prophetâ nouimus, qui dicebant:
Patres nostri comedenter vuam acerbam,
& dentes filiorum obstupescunt; id est:
Peccauerunt illi; nos verò, innocentes cùm
simus, pro eorum peccatis pœnas exolui-
mus. Graue id quidem fuit, iniustitiae

Hierem. 3. f.
or Ezech. 18.

Deum

Deum insimulare, qui tristissimarum supplicia calamitatum insontibus irrogaret: At quantò iniquius, iustum de iustitiæ gradu deiijcere, atque deturbare agere, constitutere, arbitrio que suo, vt peccet, dispensare? & cum homines sceleratos effecerit, eorum que vitam in flagitorum cœno, tanquam fatali necessitate, ad mortem vsque tenuerit post hæc omnia tamen æternis eos gehennæ cruciatibus mancipare? Pharisei, cum in Beelzebub principe dæmoniorum Christum dæmones eiijcere criminantur, peccatum in Spiritum sanctum admittunt, quod vsque adeo graue esse veritas in Euangelio pronunciat, vt neque in hoc seculo, neque in futuro remittatur. Quia nimirum illi diuini spiritus opera immundo & tartareo spiritui tribuebant. Quale igitur quantaque prauitate distortum sit oportet, propria immundissimi spiritus opera sanctissimo, mundissimoque spiritui assignare? Quid? quod scriptum apertissime est, Odiisse Deum omnes, qui operantur iniquitatem? Non facit igitur iniquitatem, quam oderit, præsertim cum alio quoque in loco scriptum sit, nihil odisse illum eorum, quæ fecerit. Idcirco Ecclesiasticus hanc ter execrandam blasphemiam

Lucæ II. b.

Psalmo. 5.

Sapiens. II.
Eccles. 15.
B.c.

miam ab hominum cordibus procul arcere
 conatus, his admonuit verbis: Ne dixeris,
 per Deum abest, quod enim oderit ne fece-
 sis. Non dicas, ille me implantauit; non enim
 ei necessarijs sunt homines impij: Omne ex-
 cramentum erroris odit Dominus, & non
 erit amabile timentibus eum. Quid hac in
 causa illustrius Apostolica doctrina? Nemo
 (ait D. Iacobus) cum tentatur, dicat quoniā cap. 1.b.
 à Deo tentatur: Deus enim intentator ma-
 lorum est, ipse autem neminem tentat, v-
 nus quisque verò tentatur à concupiscentia
 sua abstractus & illeclusus. Quid D. Ioannes?
 Omne (ait) quod est in mundo, concupis-
 centia carnis est, concupiscentia oculorum
 & superbia vitæ, quæ non est ex patre, sed
 ex mundo. Atque ut hic etiam, quantum
 valeat naturæ lumen, aspicias, Quid Plato?
 Bonorum quidem (ait) solus Deus causa Dialogo. 2.
 est dicendus: malorum autem quamlibet ali- de Republ.
 am, præter Deum, causam quærere decet. Po
 stremo (ne plura congeram) quod dixit ins-
 ispiens in corde suo, non est Deus, hoc re ip-
 sa isti conantur astruere: Si enim peccata fa-
 cit, aut ad ea sollicitat, bonus non est. Si bo-
 nus non est, omnino nec Deus est. Restat igitur,
 vt pias illi tandem animo cogitationes
 de

de Deo suo suscipiant; illum in bonis vt
largitorem collaudent; sese in malis vti au-
thores accusent. Quod si effectum est ab-
surdissimè dici, inclinare in vitia syderum
conditorem, quin hoc ipsum à syderibus,
quorū semper naturalis operatio est, quam
longissimè remouendum sit, minime dubi-
temus. Sed álio deinceps vtendum est ar-
gumento.

CAP. III.

Neminem arbitrornegaturum esse, si
nulla generis nostri ruina per vnius
hominis inobedientiam contigisset, sed in
eo, in quo fuerat conditum, honore persti-
tisset, eosdem cursus, aspectus, dignitates ac
virtutes, quas modo habeat naturales, syde-
ra fuisse habitura. Neq; enim natura rerū,
ingresso peccato, ab authore mutata est:
nec illum, quod in cælorum tam præstanti
machina cōdiderat, depravare decuit, quia
se in terris homines corrupserint: Ergo &
illa cœli domicilia duodecim extitissent, si-
gnificationesq; easdē, & facultates, quibus
modo prædicta sunt, habuissent. In his autem
septima domus, siue occasus, rei vxoriæ, &
nuptiarum, contentionum, & simultatum,
damnorumq; ex his prouenientium causam

præ-

præstat. Octaua, mortis qualitas, & mortuorum hæreditates, facultates occultæ, magni^q; timores, & venena læthalia indicantur. Duodecima (quæ & malus dæmon appellatur) tristitiae, grumnarum, mœroris, inimicitarum, carceris, seruorum, deceptorum, & scortationum significationem præfert. Rursum, Mars si in Ariete fuerit inuentus, quicunque sic eum habuerint, homines erunt fures, clamosi, fraudulenti, & qui supra alios se semper contendant extollere. Sin fuerit in Tauro, temerarios efficiet atque impotenter auidos, quibus fas & nefas iuxta sit, dum suam voluntatem expleant; hi quoq; mulierum lenocinijs implicati, rixas sæpius litesque ciebunt, atque interdum non sine homicidio. Hæc atq; huiusmodi complura eorum expressa & consignata verbis etiam hodie legēda proponūtur. Nunquid igitur placet, ut ante omne peccatum sanctissimis atque integerrimis hominibus contentio- num, & simultatum causas sydera allatura fuisse dicamus? Num mortem quisquā ex octauæ domus inspectione, aut venena lætalia timuisset? Inimicitias aut exercere, aut perpeti, aut contra seruorum callidas circumuentiones vigilare ex decreto duodecimæ

*Apud Ioannem
Taisnier 6.*

*Apud Ioannem
Taisnier Han-
nonium, &
Julium Firo-
mium lib. 5.
cap. 6.*

cimæ

cimæ domus oportuisset? Nūquāmne Mars
 in Tauro, vel in Ariete conspiciendus erat, ne
 fraudulentos, aut fures, aut temerarios, ho-
 micidasque lugere illius temporis innocen-
 tia cogeretur? In hæc si tum sydera impulsi-
 sent, & malos fecissent ex optimis, & quan-
 tum in ipsis situm esset, miseris ex beatis.
 Sin ea tantummodo futura prænunciasserent,
 aut rudes illi fuissent admodum, qui ea ne-
 sciuissent, quæ modo nō ignorantur: aut ni-
 mium & iniquè miseri, si, quæ præuidissent,
 ante omnem offensam iure meritoque me-
 tuissent. Cum igitur statui non possit, has
 easdem cœlestium corporum significatio-
 nes virtutesque à principio extitisse, fatean-
 tur necesse est hominum vitio, mox vt in-
 gressum est, cœli statum, cursumque syde-
 rum esse commutatum, quod absurdissime
 leuissimeque diceretur. ~~Ante~~ queid tamen ab
 uno quopiam amicissimo mihi, doctissimo-
 que homine nuper dictum commemini:
 quoque firmius diceretur, ab diuinis literis
 auxilia repetebat, quod è Philosophia (cre-
 do) nullū suppeteret. Scriptum enim aiebat
 esse in libro Iob, nec stellas mundas esse in
 cōspectu opificis sui. hinc igitur euenire, vt
 iam cœlestis regio homines afficeret labe tur-
 pil-

Cap. 25.

Scriptum id
postea Cor.Gemma, re-
liquis libro

pissima à prima perfectione degeneres: *primo de na-*
ture diuinis
Quod enim in cælum ipsum nostri vitio & *Charactera-*
contagione diffusum esset, id omne ad nos *m, cap. 6.*
contaminandos vicissim ab illo refundi.
Non equidem arbitrabar de scripturis pro-
ferri quicquam posse, quo tam noua meis
auribus, adeoque (vt mihi quidem videba-
tur) improbabilis tam cōmodè probari vi-
deretur opinio. Quid enim alienius à vero,
quām stellas nostri vitio & contagione sce-
lerum esse pollutas? Quid illis diabolo si-
milius, si propterea dicuntur immundæ,
quod homines afflatu quodam suo reddat
immundos? Nam ipsum quidem diabolum
propterea dici spiritū immundum, cōstat,
quod ad immunditiam, libidinumque cor-
ruptelas homines prauis suggestionibus
solicitet. Sed cūm paulò ante dicatur in
eadem prophetia; nec lunam lucere in con-
spectu Dei, num id propterea etiam dictum
esse intelligendum est, quod nostrorum sce-
lerum debilitatus cōtagio lucendi vim Lu-
næ globus amiserit? Sicut igitur Lunam in
conspctu Dei lucere negavit ille, qui tum
interloquitur, Baldad Sulites, quod omnis
corpora lux cum diuina luce comparata,
nulla sit: ita neque quicquam vel in ipso

cœlo mundum sic esse declarauit, ut compa-
ratione illius infinitæ munditiei purum es-
se videatur. Et sorte non Solis meminit,
sed Lunæ duntaxat, atque stellarum, ut Ec-
clesiam, sanctosque in ea virtutum studijs,
& doctrina sana colluentes, mystico ser-
mone, vel potius allegorico designaret. In
quibus neque tanta iustitiae lux est, neque
affectionum morumque tam absoluta mun-
dities, ut non tenebras aliquas & impurita-
tem diuina animaduersio deprehendat. Sed
quid his in hoc loco diutius immorarum?
Fuerit id satis immutatas esse post pecca-
tum, continuoque corruptas ac foedatas
syderum vires, diuinæ scripturæ testimo-
nijs probari non posse. Quid autem de Phi-
losophia loquar? Quid si probabilius Peri-
pateticorum sententia est, quintam illam cœ-
lestis corporis naturam neque generatio-
nem recipere; neq; corruptionem pati, eun-
demque perpetuo sui statum, & incommu-
tabilem retinere? At, inquis, cœli vis eadem
rebus, in quas agit, aliter atque aliter affe-
ctis non eosdem producit effectus: Ideoq;
vitiatis (ut modo sunt) hominibus, nihil el-
se mirandum, si hæc sydera primam etiam
retinentia puritatem efficiant, quæ ijsdem

integris atque incorruptis effectura non
 sullen. Hic iam nobis est negotium cum
 Philippo Melanchthon: qui cum Ioan-
 nis cuiusdam Carolstadij Schoueri de arte
 astris diuinandi scripta, totis viribus lau-
 landa suscepisset, epistolamque longo il-
 us operi præfigeret, hanc elabendi secutus
 viam, ut tametsi regionis cælestis vis ea-
 dem statusque remaneat, propter naturæ
 amen fodes & corruptionem, quam pri-
 ni ruina parentis inuexit, infœliciores ha-
 cere diceret operationes: ideoq; iam mini-
 mirum videri debere, si hominum gentis
 gente id cœlo ad vitia propenderet. A quo
 illud requiro, quid naturæ humanæ corru-
 gio sit, nisi eiusdē propensio vitiosa, quam
 astrorum vis prærequirit, profecto non
 sufficit? Sed corruptos prima inobedien-
 tia homines efficiunt fortasse deteriores?
 Augent igitur originale vitium, & diabolo
 angenda sunt, qui naturam hominum pe-
 nifera suâsione vitiauit. Non sat (credo)
 negotij erat regeneratis, si contractis è pri-
 mo parente vitijs, aut prava consuetudinē
 accessitis reluctarentur; nisi & sydera, quæ
 amen ad hominum vtilitatē, non ad perni-
 ciem Deus condidit, suum quoque virus in-

BARTH. 2.

funderent, ob id ipsum sanè odio digna n
iore, quod in ipso ortu vnumquemque occi
cupent, neque euitari quavis peste graui
atque nocentior influentia possit. At res
isti postea potest, neque succumbere necesse
est? An verò nihil nocuit, qui hostem cons
ciliauit? qui bella domestica atque intelle
na velexcitauit, vel souit, vel auxit? Resisti
postea potest, sed intus hostis inclusus, atq
in ipsis hærens medullis, non sine periculo
debellatur: succumbere necesse non est, sed q
cum plærosque ipsi succumbere fateantur
quo suas diuinationes verisimiliores elici
ciant, magnus esse metus sapienti debet, p
qua ille tandem fractus debilitate succum
bat. At gloriosum fuerit victoriam è ce
tamine reportasse? Primum, non ea soldi
Christianorum esse gloriatio, quod syde
luctando vicerint, sed quod diabolum vi
lando superarint: neque ob id Dei filius
cuius est in sola cruce gloriandum, nostra
carne mortem voluit oppetere, vt nos ca
syderumque tyrannide liberaret; sed vt pri
cipem tenebrarum nostris è cordibus ejus
ret: neque optat Gentium Apostolus, lego
virtute sua Deus omnipotens sydera, lego
vt Sathanam conterat sub pedibus credendo

GENETH. SVPERSTITIO. 45

non velociter. Deinde, gloriōsus est de ho-
oc triumphus; sed melius hostem non ha-
bore: Stet in acie, qui volet; aduersario ar-
ctus obsistat, vt postquam vicerit, coro-
natur: satius est imbecillitatem suam sub-
secōfiteri. Nolo (inquit Hieronymus)
pugnare victoriæ, ne perdam aliquando
serpentinam. nulla securitas est vicino serpen-
to formire. Fieri potest, vt me ille non mor-
deret; sed potest etiam fieri, vt me aliquando
debeat. Dicant igitur isti, vt lubet, incli-
tus astra, sed necessitatē non afferre, ne-
decreta syderum esse præatoria, vt quen-
am cogant. Satis nocuit, qui infirmo &
qui diaboli insidijs circumuallato no-
cent hostem, & eum quidem ē cælo deuo-
lent excitarit. Traducimus fortasse syde-
ri vires nomine hostilitatis? Taceo, quod
maleficas & maleuolas ipsi stellas sæpè in o-
culis semper autem in libris editis habeant: &
quidem maleficas, vt in mœrores con-
stant, lætalia venena procurent, inimicitijs
que dissidijs aut familias perturbent, aut
quincias inter se, regnaque collidant; que
mines si faciunt, quis eos non esse male-
dentissimos Reipubl. hostes arbitretur?
enon hæc igitur, quæ apud eos passim repe-
rire

rire licet, commemoro, tantum quero, quid
 sibi ea sententia velit, quam libris suis prefi-
 gunt: Sapiens dominabitur astris? Nun-
 quid non hoc præ se ferre videtur: Astra in-
 clinabunt, sed sapiens inclinationis vim at-
 que impetum virtute propulsabit? Illa op-
 pugnabunt, sed sapiens viator euadet? Illi d-
 in seruitutem vitiorum inimico influxu tra-
 hent, sed sapiens in eam non se abduci pa-
 tietur? Cur (inquam) astris dominabitur
 sapiens; nisi quia cupiditates, quas illa ve-
 ingenerauerint, vel inflammerint ad sce-
 lera, omni contentione & auditate rapaci-
 tes, sapiens virtutis præsidijs armisq; fræn-
 bit? Si autem cupiditatibus nostris, tanquam
 saeuissimis hostibus, bellum indicimus, me-
 ritoque yrbi expugnatore fortior à se-
 piente pronunciatur, qui eas in scemipis
 vicerit atque domuerit, quid causæ sit, c
 non, ut hostes, sinistros syderū aspectus p-
 horrescere debeamus? Sed magni sapienti
 que viri illa sententia est: Sapiens domini-
 bitur astris? Nempe Ptolomæi, qui intervi-
 nitatis huius principes magno sui studij me-
 rito numeratur, qui non ex ijs sapientib-
 fuit, de quibus scriptum est: Multitudo sa-
 pientum, sanitas est orbis terrarum; sed o

GENETH. SUPERSTITIO. 87

torum potius numero hac quidem in par-
 te, de quibus illud est: Perdam sapientiam *Isiae 29.*
 sapientium, & prudentiam prudentium re-
 probabo. Et rursum: Vbi sapiens? vbi scri- *Isiae 33.*
 ba? vbi inquisitor huius seculi? Nónne
 stultam fecit Deus sapientiam huius mun-
 di? Ex hac igitur sapientia, & illa ab eodem
 Ptolomæo scripta manarunt, vitam nostrâ *In libris de
principiis Solem, Lunamque moderari, con
uersationem tamen nostram & prouentus
actuum tam ad ipsa duo lumina, quam ad
quinque vagas stellas referri. Quo quidem
in loco, videmus eum & à Seneca fuisse de-
tisum: Quinque stellarum potestates (*in Lib. 2. natu
quit*) Chaldaeorum obseruatio exceptit? *et aliis quest.*
 quid? tu tot millia syderum existimas luce-
 te sine causa? Quid est porro aliud, quod
 errorem incutit peritis natalium', quam
 quod paucis nos syderibus assignant: cum
 omnia, quæ supra nos sunt, partem sibi no-
 stri vendicent? Hic igitur Seneca, philoso-
 phus alioqui grauissimus, Chaldaorū, Aegyptiorumque errorem dum infestatur, au-
 get; dumq; irrisit, seipsum non mediocriter
 propinauit irridendum. Fuit quidem Moy-
 ses, quemadmodum in Actis Apostolorum *Act. 7.*
 legimus, omni sapientia Aegyptiorū probè*

Dent. 4.

& præclarè excultus, atque is tamen, si vel ex illorum placitis hausisset, vel omnino retenendum esse putauisset, tantum inferre sydera nocimenti mortalibus, vt eos in via pronos efficerent, aut omnino sic valere, vt non extra ius dominiumque nostri essent; nunquam profecto scriberet in Deuteronomio; Solem, & Lunam, & astra omnia cœli in ministerium creata esse cunctis gentibus. His etenim verbis testatum reliquit planissimè, non vt dominarentur, sed vt seruirent; non vt obessent, sed vt prodefissent hominibus sydera vniuersa creata fuisse. At sæpè (inquis) magna in res humanas detrimenta inuecta sunt, cælestis operatio- ne virtutis: Verùm id non eo fit, quod illa à principio Deus ad nocendum creauerit, aut vires eorum cursusq[ue] naturales commutauerit; sed quod his interdum, visita- to licet motu fluentibus, variarum, prout voluerit, adhibita concursione causarum, seueritate iustissima vtatur ad pœnas infendendas. Quò si & hoc pertinere putandum est, quod propensi in vitia sumus, ad illud reditur, quod initio, quàm sit execrandum, ostendimus: vt sicuti supplicia peccantibus irrogare, ita etiam peccatores efficere

Deus

Deus optimus videatur. Si autem iam reuulsa hæc satis opinio est, qua sydera in vitia inclinare putetur, nemo potest ullum ex astris flagitium aut scelus metuere, nullius vñquā potest vita è syderum concursu fieri deterior. Ardens sit licet ac violentum, vt aiunt, plausque cruentum Martis sydus, sit hoc ipsum septimo ab horoscopo loco pariliter constitutum, id est, in occasu, quemadmodum Firmicus libro tertio scribit, nulla tamen, quæ ille timuit, homicidia, nullos sceleratorum impetus perhorresco. Si quisquā autem scelus designarit, non Deum, non sydera potest, sed se solum accusare debet. Ut enim apud D. Prosperum, in carmine de prouidentia, verissimè scriptum reperitur:

— *Si quid obest virtuti, animosq; retardat,
Non superi pariunt ignes, nec ab ethere manat:
Sed nostris oritur de cordibus, ipsaq; bellum
Libertas mouet, & quatimur ciuibus armis.*

At si neminem (inquis) efficiunt sydera improbum, ne bonum quidem, virtutisque amantem efficient? Prorsus hoc quoque fieri illi quidem vehementer astraunt, benevolis quibusdam aspectibus. Etenim si pars Libræ vicesima nona in Horoscopo fuerit inuenta, religiosos (ait Firmicus) faciet, iu-
Lib. 8.1.15.

Lib. 8. c. 25. stos, beneuolos, & omnibus bonitate ornatos.
 Tertia quoque pars, si reperta fuerit in Horoscopo, faciet sacerdotes, iustos, sanctos,
 & felicitate longaeuos. Alius, quoque non
 incelebris Astrologus: Si Iupiter (inquit)
 nocte domum tertiam tenuerit, legis suæ
 natus rigidus custos erit (bene id quidem, si
 lex fuerit bona.) Sin interdiu, apparens &
 & non existens erit. Pars abscondita, quæ
 nocte & die sumitur, addendo distantiam
 Lunæ ad Solem orienti, secundum plane-
 tas respicientes eam, de arcanis conscientiæ
 nati erga Deum & erga homines indicat.
 Quod si Iupiter fortis in nativitate par-
 tem illam quoquo modo respexerit, & dili-
 get Deum, & à Deo diligitur. Quam non
 (obsecro) Gentilium Astrologorum vani-
 tatem hæc superat ineptia? Quid in Christi
 redemptoris mortem magis iniurium, sine
 cuius merito & gratia singulari Deum ne-
 mo potest, sicut oportet, diligere? Quid au-
 tem astris minus obnoxium, quam Dei, qui
 astra nutu condidit, liberrima ad diligendū
 volūtas? Quid denique magis est libertate vo-
 luntatis, minusque cum humani corporis
 temperamento coniunctum, quam vel sa-
 cerdotium amplecti, vel diligere Deum?

CAP.

NAM solent huc plerumque nonnulli configere, ut eas affectiones dicant a syderibus in nos fluere oportere, quæ corporum humanorum temperamenta sequuntur, propterea quod hęc syderum concursu aspectuque fieri non dubitent. Neque verò prætereundum id est, aut leue ducendum; Si enim ex ipsa corporis constitutione, alij melancholici, alij cholerici, sanguinei alij, alij denique phlegmatici ab ipso ortu existunt, quæcumque res corpus humanum constituerit atque temperarit, illarum corporis affectionum eadem causa sit oportet. Cholerā autem iracūdia sequitur; sanguineam constitutionem benignitas comitantur, Melancholia liuidos, phlegma pigros reddit. Quare & has affectiones animorū è cœlo ducere originem confici non improbabile esse videtur. Et medicis quidem res hæc nulla dubitatione incerta est; qui quod alij satuij, alij tradissimi ingenij & ad' intelligendum quodammodo plumbei; alij obliuosi, alij acuti memoresve nascuntur, alij ytroq; munere prædicti, & acutè intelligētes & tenacissimè memoriae thesauro cognita recondentes, alij natura leues, alij leuissimis

cau-

causis ira facillimè ardentes, alij ad vindictæ
cupiditatem inter vtrōsque mediocres, alij
spadones, alij in concubitu ita frigidi, vt vix
omnino moueantur, alij libidinosissimi, vt
vix omnino teneantur, alij inter vtrōsque &
moueri faciles & teneri, alij hilares, alij tri-
stes, alij ad nihil horum proclives, nec eorum
quæ commemorauit, aliquid instituto ac
proposito, sed natura: Hæc (inquam) illi
omnia tribuere audent temperationibus
corporum. Verum vti hoc olim (teste Au-
gustino) sic probari non potuit, vt vela de
re quæstio nulla moueretur, vel mota facile
finiretur, ita ne nunc quidem satis certa id
video ratione comprobatum esse. Quale c-
nim est, vt animum existimemus ex sece nul-
las habere affectiones, sed eas omnes ex cor-
pore contrahere? & ipsa quidem corpora
tam multiplici varioque discrimine inter se
distingui per ea ipsa, quæ ex animis non col-
legerint, animos, nisi corporum beneficio &
societate, non discerni? At quanto id vero
vicinius est, magis animorum vi corpora im-
mutari, quam animos à corporibus affici? Et
si enim verè id scriptum sit: Corpus quod
corruptitur, aggrauat animam, & deprimit
terrena inhabitatio sensum multa cogitan-
tem,

Lib. 4. con-
tra Iul. c. 3.

tem, eueniatque quod D. Hilarius ait, vt nos
 hic interim naturæ corporum aut per infir-
 mitatem, aut per incentiuia vitiorum imper-
 fectos esse compellant: tamen non ita suum
 animus perdidit principatum, vt ipsum potius
 ad se se caro, quam ipse carnem accom-
 modet. Ac saepe licet organicæ constitutio-
 nis vitio animi vis præpedita torpescat, non
 idcirco tamen ingeniorum animorumque
 tanta varietas, quantam animaduertimus, ad
 corporum discrimina referenda est: nisi for-
 te quia penicilli ineptitudine pictores infœ-
 licius, quod velint exprimere crebro con- Greg Nyssen.
 tingit; idcirco omnem etiam illam in pictu- nus in lib. de
 ris admirabilem varietatem penicillis affri- anima, c. 3.
 bendam arbitremur. Neque verò hic Gale- refellens Gas-
 no tantum esse tribuendum, quantum Me- leni opinione
 dici forsitan existiment, vel ex eo potest in- de anima.
 telligi, quod animam ipse non satis à corpo- Plato in lib.
 re dilcreuerit: temperiem esse ac veluti har- de anima
 moniam quandam humani corporis existi- m mortalitate
 mans, non præstantius aliquid, quod ipsi (vt ie, qui insctis
 Plato & Nyssenus aiunt) temperiei domi- titur.
 netur. Sed vt primas quasdam & naturales Pbhado.
 affectiones animorum, quæ neque vitiosæ
 per se sunt, neque laudabiles ex corporum
 temperamentis oriri fateamur, nullo tamen
 modo

modo satendum est, eas, quæ vitiosæ sunt,
atque à ratione auersæ, certa corporū tem-
peratione fieri. Quæ cū omnis bona sit, &
Dei opus, nihil per se potest vitiosum pro-
ducere: Ideoque D. Augustinus, cū aduersus
Iulianum Pelagianum dissenseret, rectissimè
docuit malum cū quo quisq; nascitur, non
esse fructū corporum, sexuum, coniunctio-
num (quorum bonorum, inquit, author
est Deus) sed primæ præuaricationis, cuius

Lib. 3. c. 13.

author est diabolus. Iure etiam Julianum
idem ille doctor Ecclesiæ reprehēdit; quod
concupiscentiæ originem, quæ contra rati-
onis arbitrium inordinatis motibus excita-
tur, definiret in quodam igne vitali. Senti-
endi quoque viuacitatē sic discreuit à sen-
tiendi libidine, ut illam quidem à Deo cōdi-
tam esse diceret, cum humanum corpus tē-
peraret; hanc vero à diabolo seminatam cū
peccatum persuaderet. Quin & venerabilis

Lib. 1 in

Cant. Cant.

Beda aduersus Julianum Pelagianum de
Christi gratia disputans, cum ille dixisset,
amorem nostrum de corpore trahere,
quod esset perturbatus & rapidus; de ani-
mo verò, quod sublimis esset atque con-
tinuus, apertè id pronunciauit vtraque ex
parte veritati esse contrarium. Et Ver-
gilius

Lib. 3. c. 9.

Lib. 4. con-
tra Iul. cap.

34.

Lib. 1 in

gilius quidem luculentis versibus Platonicam videtur explicasse sententiam, cum scriberet:

*Igneus est ollis vigor, & cælestis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
Terrenique hebetant artus, moribundaque, membra:
Hinc metuant, cupiuntque dolent, gaudentque, nec
auras
Suspiciunt, clausæ tenebris, & carcero caco.*

Nimirum quatuor illas notissimas perturbationes animi, cupiditatem, timorem, lætitiam, tristitiam, quasi origines ac fontes omnium vitiorum volens intelligi ex corpore scaturire. Verum aliter, inquit Au- Lib. 14. de
gustinus, se habet fides nostra; Nam corrū- cimit. c. 3.
ptio corporis, quæ aggrauat animam, non peccati primi est caula, sed poena: nec caro corruptibilis animam peccatricem, sed anima peccatiux fecit esse corruptibilem carnem: Ex qua corruptione carnis, licet existant quædam incitamenta vitiorum, non tamen omnia vitæ iniquæ vitia tribuenda sunt carni, ne ab his oīnnibus purgemus diabolum, qui non habet carnem. At (inquis) Beatus Apostolus fontem concupiscentiæ, cuius assiduis conflictationibus spiritus in nobis rectus impetratur, in carne

Ad Gal. 5.

constituit, cum ait; Carnem concupiscere aduersus spiritum. Ac quo minus dubitares, eodem in loco opera carnis enumerans nec ea prætermisit, quæ non putarit facile quipiam è carne originem ducere: siquidem inimicitias, contentiones, simulationes, animositates, inuidias, opera carnis esse pronunciat: quorum quidem omnium malorum caput & origo superbia est, quæ sine carne in diabolo maximè dominatur. Sed magno in errore versantur, qui hic nomine carnis temperamentum corporis humani, seu naturam significatam accipiunt. Quos D. Chrysostomus copiosè simul ac docte refellit, scribens in hunc ipsum ad Galatas locum: Neque enim hic carnem appellat corpus (inquit) alioqui si hoc sentiret, quomođ consentaneum sit, quod mox dicitur; Concupiscit caro aduersus spiritum? At qui corpus non est de numero eorum, qui mouent, sed quæ mouentur, non de numero eorum, quæ agunt, sed quæ aguntur. Quomođ igitur concupiscit, quandoquidem concupiscentia non carnis est, sed animi. Sed solet Paulus appellare carnem, non corporis naturam, verūm prauam voluntatem, veluticūm dicit; Vos non estis in carne,

Rom. 8.

GENETH. SVPERSTITIO. 97

sed in spiritu. & rursum: Qui in carne sunt, *Rom. 8.*
 Deo placere non possunt. Sic & D. Augustinus non corporis naturam nomine carnis est interpretatus, *sed hominē*, qua parte adhuc secundum seipsum, non secundum Deum viuit: viuit autem secundum seipsum, ac proinde carnaliter, etiam tunc quidem, cum secundum mentem suam viuit, *Apud Cicer.* naturamque optimam ducem (ut ille *Cato in libra de Senectute.*
 ait) tanquam Deum sequitur, si non mens ipsa naturaque spiritus euadat, hoc est, si non cœlesti gratia renouata spiritualis efficiatur. Quod enim natum est ex carne, (quem- *Iosannus 3.*
 admodum diuinus sermo declarat) caro est: quod natum est ex spiritu, spiritus est. Hoc verò tunc demum consequuta mens est, cum non seipsum ut Deum sequitur, sed cum Deo suo subiecta, sinceraque illi charitate adhærens ea sapit, quæ sursum sunt, non quæ super terram. Tunc igitur secundum Deum viuens anima, iamque spiritus effecta, aduersus carnem concupiscit, ei que bello quotidiano reluctatur, hoc est, (ut D. Augustini verbis ytar) motibus suis *Lib. 6. contra Julian. cap. 3.*
 anima, quos habet secundum spiritum, aduersatur alijs motibus suis, quos habet secundum carnem. Non enim repente om-

G nem

nem vitiositatis exuit vetustatem: sed in sanctitate proficiens, & magis magis que minuens eas, quibus non consentit, carnales cupiditates instauratur, renouaturque de die in diem. Illa igitur vitiositas innatae vetustatis, que ante lauacrum regenerationis ipsam quoque metem incuruat ac deprimit, post verò regnante iustitia subigitur atque reprimitur, carnis nomine significata est; non natura corporis, non temperamentum substantiae carnis: quod cum bonum sit neque bono spiritui potest esse contrarium, neque vitiorum causa existere. Nam & ante lapsum generis nostri, quadripartita illa fuisset corporum temperatio, neque inde quisquam aut iracundus fuisset, aut liuore laborasset, aut desidia torpuisset: Sed corruptus iam ex ipsa origine animus, & affectiones naturae non malas, ut fuerint vehementes, ita facile ad deteriorem partem inflectit, & temperamento corporis, ut vino ebriosus, abutitur. Non igitur calida cordis, siccaque constitutio reddit ad choleram, ac libidinem propniores: Id quod memini quoddam ex Galeno solitos arripere, dum Eunuchorum seu spadonum libidinosis desiderijs, sed propter corporis natuam constitutionem irritis.

*lib. de tempore
ramentis.*

*Ecclesi. 32.
Aug. lib. 6.
contra Inl.
Iap. §.*

pre:

GENETH. SVPERSTITIO. 99

premerentur. Quid enim, si quem Deus ē
 nihilo, aut ē luto (quod ei per facile est) tali
 cōstitutione cordis effingat? num eum ipse
 opere suo ac manibus ad libidinem, aut cho-
 leram inclinarit? Quis non videt hoc quo-
 que temperamentum, cum suapte natura
 bonum sit, opificemque optimum habeat,
 ad malum atque ad bonum per se se indif-
 ferens ad vtrumque, prout fuerit animus,
 posse conuerteri? Ipsi namque anima (sicuti In cap. 5.
ad Galatos.
 veritatem D. Chrysostomus scriptum reli-
 quit) in medio sita, inter virtutem & viti-
 um, si ad id, quod oportet, vtitur corpore,
 reddit illud spirituale: sin recedit à spiritu,
 seque ipsam præbet malis cupiditatibus,
 reddit illud magisterrenum. Itaque Sapiens
 præstitum sibi à conditore Deo benefici- Sap. 8.
 um gratus agnoscens, primum sortitum se
 illius prouidentia dicit animam bonam:
 deinde, cum magis esset bonus, id est, cum
 naturæ dotibus bonis bene vteretur, eo
 venisse, vt corpus haberet purum & co-
 inquinatum. Virtus enim corporis (ait D. Serm. 5. in
Chrysostomus) in hoc est, vt animæ cap. 2. ad
Ephestios.
 morem gerat, alioqui in se nec mala, nec
 bona. Quid enim ex seipso faciet cor-
 pus? Concupiscit illud quidem: at neque

fornicationem, neque adulterium, sed simpliciter commixtionem: Corpus concupis-
 cit, verum non delicias, sed cibum: non ebrietatem, sed potum. Ceterum has corporis
 (vti antea dietum est) suapte natura bonas
 affectiones animus concupiscentiae vitio
 deprauatus ad nequiora detorquet. Ita
 quoq; sit, vt & natura hilaris, facile inepita
 futiliq; laetitia gestiat, & is, in quo plusculum
 cholera exestuet, iracundiæ facibus inar-
 descat. Quod si affectiones illæ, quæ nomi-
 nibus exprimuntur vitium sonantibus, vt
 est inuidere, & iracundum esse, nobis essent,
 vt sunt brutis animantibus, naturales, tuni
 neque vitia essent, & ex bono corporis tem-
 peramento profluere nihil fortasse prohibe-
 ret. Nunc vero (quemadmodum præclarè
 Augustinus dixit) tantæ excellentiæ est in
 comparatione pecoris homo, vt vitium ho-
 minis natura sit pecoris. Quare si in homi-
 ne mansuetudo virtutis nomine commen-
 detur, vituperatur iracundia, cuius impetus
 illa refrænat. Et si continentia virtus iure
 de peccato o- laudatur, non potest libido non turpis &
 riginali. vitiola videri, cui continendo castus animus
 reluctatur. Quæcunque autem animorum
 sunt vitia ex prima origine contracta, ad o-
 rigi-

riginale pertinent peccatum, propter quod
scriptum est: Nemo mundus à sorde, nec in- Iob 25. Iuxta
vet. lect. quod
Aug. interpre-
tatur de pec-
cato originali
lib. 2. q. euau-
geli. cap. 38.
Roman. 5.
fans quidem, cuius est vnius diei vita super
terram. Quod peccatum per quas rimas in
animum infantis irrepserit, si cum haeretico
Iuliano requiris, Apostolus tibi, non rimas
angustas, sed apertissimam demonstrat ia-
nuam, cùm ait: Per vnum hominem pecca-
tum intravit in mundum, & per peccatum
mors. Per hanc igitur ianuam superbia, igno-
rātia, malitia, libido, inuidia, desidia, & quæ-
cunque alia sunt vitiorum monstra, velut
agmine factō, in hominum genus inuasere.
Nam quod aiunt quidam, dum hinc se ex-
tricare conantur, communē dunt taxat pro-
pensionem ab Adæ peccato profectam, sed
peculiarem ac propriam ab cœlestibus cor-
poribus promoueri; id neque verò consen-
taneum est, & syderibus nocentiores pro-
fecto partes ascribit. Quid enim obeslet
communis propensio, nisi propria & pecu-
liaris accederet? An fortassis etiam commu-
nis quædā tantummodo bonitas ac virtus
ex Christo erit, sed peculiaris & propria
cuiq; è cœlo profluxerit? Prorsus ut ex ho-
mīne secundo Christo omnis renati iustitia
est; sic ex Adam primo cuncta recens nati

peculiaria vitia promanarūt. E quibus omnibus, si primariorum trium, superbia, ignorantia, malitia causas incepitissimè in corporis temperamento querimus (cum ea sint nobis cum dæmonibus communia) neque tamen ingressa dubitamus, cur obsecro cetera per eandem apertissimā ianuam iruere minimè potuerunt, nisi temperamenti ratio, hoc est, Dei bonum opus adiuuaret? Porro his viuis homines, etiam ex quo concepti atque in lucem editi sunt, magis minusve laborant, prout se iudicium habet vel misericordia conditoris. Qui nonnullis, quibus voluerit, quantumque voluerit, parcens idolem ijs meliorem indulget, ceteros deteriores nasci summa æquitate sinit. Sed tempus est, ut ad alteram nos orationis partem conferamus.

CAP. V.

Apud Eusebium lib. 6. de preparatio- **Q**uæ ad hominum affectiones, mores, atque euenta, siue prospera, siue ad-
one Euange uerla pertinent, quidam sydereis afflatibus
hica ca 9. dsf effici, suumque in nos regnum exercere
serit Orige hunc in modum astra putauerunt. Alij ve-
nes desyderiū signu docetq; rō non effici hæc ab illis, sed tantummodo
monesse cau- significari dixerūt. Nam Plotinus quidem
sacrerum, sed ipse in libro, qui inscribitur: Si faciunt astra,
signos qmibus pro-

pronunciet nihil vi vel potestate eorum ho
 minibus euenire; sed ea, quæ decreti neces-
 sitas in singulos sancit, per syderum septē
 transitum statione recessive monstrari:
 Nimirum ut quasi quædam sit locutio, po-
 sitio ipsa stellarum, præuntia futurorum,
 non causa. Quin & aliorum quorundam
 haud mediocriter doctorum hominum ista
 sententia fuit, tametsi non ita loqui Ma-
 thematici soliti sint, vt verbi gratia di-
 cant: Mars ita positus homicidam signi-
 ficat, sed homicidam non facit. Quamob-
 rem iustius hic eis fortasse Philosophi ser-
 monis regulam præscribant, quam Chal-
 daeos Chrysippus docere solebat, quemad-
 modum in hac arte sua loquerentur. Verū-
 tamen siue sidera causas esse opinantes, ex
 eorum inspectione ceu cognitione cau-
 rum futura prænuncient, siue cœlo, vt
 libro quodam vtantur, in quo syderum
 significationibus, veluti descriptum ac
 depictum legant, qualis quisque futu-
 rus fit; vniuersum hoc diuinandi studi-
 um, plenum est ridiculæ & nugacissimæ
 vanitatis.

ORATIO CONTRA
CAP. VI.

ATque ut primū de humani corporis temperie ac valetudine loquar, quænam illis in cœlo ratio satis firma atque explorata sit, ad futuras ægritudines, vitaque longæuitatem ac breuitatem prænoscendam, qui non proprias & proximas, sed communes remotasque causas contemplentur? Ut enim absurdissime is faciat, qui è Solis contemplatione discere velit, pecūnie, an homo futurus sit, qui hoc partu edetur in lucem, cùm id potius spectari debeat, pecūsne, an homo futurus sit, qui hunc fœtum procrearit. Ita omnino absurdè is videtur sapere, qui de valetudine cuiusque nascientium ex contemplatione syderum iudicari posse arbitretur. Lepra enim (ut vnum quiddam exempli gratia proferam) infecta proles nascitur, non quod cam sydus lepra infecerit, sed quod leprosus esset, qui genuit. Etenim parentum malæ valetudines quamuis non semper, plerunque tamen in generantur que hæmmodo, & apparent in corporibus filiorum. Itaque in iudicio de istiusmodi rebus medico proprias & proximas intuenti causas multo plus erit, quam Astrologo tribuendum. Cicero dicit, Hippocras

pocratem nobilissimum medicum scriptū reliquisse quosdam fratres, cùm simul egrotare cœpissent, eorumque morbus eodem tempore ingrauesceret, eodem leuaretur, genitos suspicatū te esse: quos Posidoniū Stoicus multum Astrologiæ deditus eadem constitutione syderum natos solebat affectere. Itaq; quod Medicus ad simillimam valetudinis temperiem pertinere credebat, hoc Philosophus Astrologus ad vim constitutionemque syderum, quæ fuerat eō tempore, quo nati sunt, referebat. Qua prole in causa multo plausibilior esse videatur coniectura medicinalis. Nam ipsa quidem Astrologica vaticinatio in nativitatis punctum intenta, conceptionis solet initia (quod non facile notentur) ipsamque animationem negligere. A quibus tamen rebus edendæ prolis plus multo valetudo morisque dependent. Quæ proinde cùm Medicina consideret, nihil eam mirandum est ad veri cōiecturam proprius accedere. Quoniam reuera parētes ut sunt affecti dum coeunt, ita primordia cōceptorum affici possunt, ut consecutis ex materno corpore prioribus incrementis parivaletudine in lucem proles edantur. Deinde in vna domo

*Vide Ptol. li.**3. c. i. de casu**spermatis &**exitu infantis*

ijsdem alimentis enutriti, vbi & aerem &
loci situm, & aquarum vim plurimum vale-
re ad corpus bene aut male afficiendum
Medicina testatur. Iisdem etiam exercitati-
onibus assuefacti tam similia gerere corpo-
ra possunt, vt etiam ad ægrotandum eodem
tempore, ijsdem que causis similiter moue-
antur. Constitutionem verò cœli ac syde-
rum trahere velle ad istam ægrotandi pari-
litatem, cum tam multa diuersissimi gene-
ris animantia diuersissimorum effectuum,
atque euentuum eodem tempore in unius
regionis terra, eidem cœlo subdita concipi,
& nasci possint, nescio cuius insolentia esse
videatur.

C A P. VII.

Eodemque modo iudico de affectioni-
bus ijs, atque temperamentis, vnde alij
Melancholici, alij Cholerici, quidam Phle-
gmatici, alij Sanguinei nominantur: Etenim
ad temperandum cuiusq; corpus, licet astra
non nihil conferant, id tamen & tenuius,
quam isti velint, faciunt, & earum causarum
more, quas Physici vniuersales appellant:
quarum quidem causarum hæc notissima
conditio est, vt cur res effecta eiusmodi sit,
non ab ijs peti ratio debeat, sed à causis rei
effe-

effectæ proximis, quæ particulares, propriæ
que vocantur. Quare neque ex astris diui-
nari poterit, quis iracundus, quis liuidus,
quis benignus & comis, quis desidiosus ignauusque futurus sit, propterea quod affe-
ctiones hæ animorum, vt illæ corporum
non in cœlo, sed in terra, & (vt hoc modo
medicis concedamus) non in syderibus, sed
in parentibus, vique seminum proprias &
proximas causas habere noscantur. Non e-
nim inscitè illud quidam ait:

*Quiv ret in folijs venit ab radicibus humor,
Et patrum in natos abenni cum semine mores.*

Sequitur sanè, vt de ingenij ac formis
rebusque similibus idem omnino putemus
esse sentiendum, tenendumque in hoc ge-
nere rerum, quæ ex parentibus vñà cum ipsa
natura trahuntur, propiores causas, id est,
parentum affectiones, temperamenta, loco-
rumque naturas spectari oportere. Quis e-
nim non videt & formas, & mores, & ple-
rosque status ac motus effingere à parenti-
bus liberos? quod non contingere, si hæc
non vis & natura gignentium efficeret, sed
temperatio Lunæ, cœlique moderatio. At-
que inter ipsas quidem regiones, quantum
intersit, videmus; alias esse salubres, alias
peſili-

Cicero 17. 2.
de divina-
tione.

pestilentes. In alijs esse pituitosos & quasi redundantes ; in alijs exsiccatos & aridos, multaque sunt alia, per quae inter se loca plurimum differunt. Athenis (ait Cicero) tenue coelum, ex quo acutiores etiam putantur Attici: crassum Thebis, itaque pingues Thebani & valentes. Quid etiam inter Indos & Persas, & Aethiopas & Syros differat corporibus, animis ut incredibilis varitas, dissimilitudoque sit, non obscurum est. Ex quo intelligitur plus terrarum situs, quam Lunæ tractus ad nascendum valere.

CAP. VIII.

IAm verò cuiusque nascentium studia & instituta vitæ, qui possint ex syderū conpectu & consideratione præuideri ? Nō enim hæc è naturalibus causis oriuntur, sed ab animi proposito pendent atque voluntate: vbi plurimum & educatio, & leges, disciplinaque valent, & eorum, quibuscum viuitur, consuetudo atq; societas. Ad artes quoque certas studiaq; vitę capessenda loci ac regionis qualitas permultū sēpe confert: vt exempli causa, mercaturæ nauigationiæ, se dedat aliquis, ciuitate in littoribus cōstituta; sapientiæ incumbat, prouincia Gymnasij proxima; militiæ vacet, si infestis finitimis

timis diuexetur, aut ciuilibus intus factio-
nibus agitetur. Sunt quos agri fertilitas &
copia desides reddit ac voluptarios; alios ste-
rilitas, atque tenuitas laboriosos & indu-
strios esse cogit. Quām multi præterea in stu-
dijs artibusque deligendis quæstum? quām
multi honores, atq; dignitates? quām multi
æternæ salutis suæ rationem? quām multi
parentum aut mecenatum suorum vota,
iustave sequuntur? Denique si & capilli ca-
pitis nostri ad vnum omnes numerati sunt,
nec folium de arbore defluit ullum sine cō-
sensu Patris cœlestis, dubium esse nō debet
singulari Dei prouidentia, altissimis que cō-
silijs hominū vitas & administrari, & variari.
Cum igitur rerum humanarū duo sint ge-
nera, alterum earum, quæ in nostra sunt po-
testate, ut Deum vel mundum colere, mili-
tem aut religiosum fieri, studijs honestis o-
perā dare, aut in otio & ignauia vitam age-
re: Alterum earum rerum, quæ in nobis sitæ
non sunt, velut ingeniosum aut tardum, sa-
lubri aut insalubri corpore, in hoc aut illud
vitium præcipitem nasci, & alia generis eius-
dem: etiam si de hisce posterioribus iudicari ex
astris cognosciq; posset, de prioribus tamē
propter humanæ volūtatis summam liber-
tatem,

Cicerio in
lib. quem
scripsit de
fato.

tatem, variisq; animi motus ex rerum diuer-
sissimarum consideratione & occasione ve-
nientes iudicari nullo pacto posset: Quod
ipsum & Gentilis orator, ac philosophus
confirmauit: Nō enim (inquit) si alij ad alia
propensiōes sunt propter causas naturales
& antecedentes, idcirco etiam nostrarum
voluntatum, atq; appetitionum causae sunt
naturales, & antecedentes. Nihil enim esset
in nostra potestate, si res ita haberet. Nunc
vero fatemnr, acuti hebetesne, valentes an
imbecilli simus, non esse id in nobis. Qui
autem ex eo cogi putat, ne vt sedeamus
quidem aut ambulemus, voluntatis esse, is
non videt, quae quamque res consequatur:
paucisque interpositis, quod dixerat, exem-
plis illustrans, adiungit: Stilphonem Mega-
ricum Philosophum, acutū sane hominem,
& probatum temporibus illis accepimus:
hunc scribūt ipsius familiares & ebriosum
& mulierosum fuisse, neq; hoc scribunt vi-
tuperantes, sed potius ad laudem: vitiosam
enim naturam ab eo sic edomitam, & con-
pressam esse doctrinā, vt nemo unquam vi-
nolentum illum, nemo in eo libidinis vesti-
gium viderit. Quid? Socratem nonne legi-
mus, quēadmodum notarit Zopyrus Phy-
siognos.

siognomon, qui se profitebatur hominum
mores naturalique ex corpore, oculis, vultu
fronte pernoscere? Stupidum Socratem es-
se dixit & bardum, quod iugula concava no
haberet: obstructas eas partes & obturatas
esse dicebat: addidit & mulierosum, in quo
Alcibiades cachinnum dicitur sustulisse. Si
autem gloriae & laudis amore, aut aliarum
cupiditatum stimulis commoti Gentiles,
excitatique sunt, ne illa, in qua propensi el-
sent, vitia sequerentur; quanto maiore vim
habere par est in Christianis hominibus
Christi gratiam ad ingenita vitia castigati-
ore viuendi ratione reuelenda! Est etiana
permagna vis educationis in omnem par-
tem, ad quam si consuetudo longior acces-
serit, vitia saepe maxima roborantur, cumu-
lantur, pro nihilo putantur. Eo que interdu
pernicies morum corruptissimorum erum-
pit, ut publicis firmata legibus, in oculis om-
nium flagitia frequententur. Eaque ipsa
postea, ubi aut legum terroribus, aut melio-
re suscepto vita instituto semel sublata
sunt, assuetudine simili succedente, sensim
& fugiuntur, & in odio atq; execrationem
adducuntur. Quonia igitur morum vitaq;
varietas a cuiusque iudicio pendet ac libera

voluntate, modisque propè innumeris sit,
ne ea sequatur animus, in quæ propendere
alio qui videbatur, non video quid de hisce
rebus, vel probabili coniectura ex astris af-
sequi Mathematicus possit, etiamsi ea, qui-
buscum nascimur, neq; in potestate sunt, à
certa syderum constitutione prouenirent.
Verum ne istam quidem, quæ in hoc genere
reperitur, varietatem de syderum coniun-
ctionibus religatam esse arbitramur: sed par-
tim occultissimis diuinæ prouidentiæ fieri

Lib. I. de vs. satione gen-
tuum. cap. 14
Homil. I. in
L. ad Timoth. iudicijs (quemadmodum est à D. Prospero
eruditè explicatum; à D. autem Chrysostomo & crebro, & vehementer inculcatum
aduersus pernicioſa, vt ait, dogmata, gene-
sim (& fatum) partim, quod & ante docui-
mus, de parentum varijs conditionibus, af-
fectionibus, temperamentis, vt proprijs ma-
nifestis que causis existere. Quod nisi ita est,
cum sub ijs constellationibus, quæ aut reges
aut opulentos faciunt, aut ingenij natura
Philosophos, innumeri quotidie homines
orientur, cur non & reges quotidie innu-
merabiles etiam è plebeijs? & affluentissime
opulétos è pauperrimis? & acutissimos Phi-
losophos è tardissimis, stupidissimisq; pare-
tibus haberemus? Nuc verò plerunque nō

GENETH. SUPERSTITIO. 13

vt astra posita sunt, sed vt se habet cōditio,
 constitutiove genitorū, diues quisque aut
 pauper, valenti corpore aut imbecillo, acu-
 tus aut hebes nascitur. Neque prorsus vim
 syderū corona, principatusvc sequitur: sed
 vel hæreditario iure, vel regni electione sus-
 cipitur, aut prospero certe belli euētu com-
 paratur. Quām igitur ridiculū has, quæ in
 oculos nostros incurunt, distinctionū cau-
 sas præterire, eas in cælo quærere, quæ illic o-
 mnino reperiri non possunt? & quæ ante
 pedes sunt, atque in conspectu non videre,
 sib[is] in cælo quærēndis, quæ in eo Deus non
 posuit, vano se & noxio labore consumere?
 Et tamen quærebat hæc in cælo Firmicus,
 quòque repiriret facilius, hæc, quæ scripta
 reliquit, de cælo syderibusq[ue] fingebat. Con- Lib.3. c.3.
 stat, inquit, generis quidem nostri substan-
 tiā, & ipsam nudi, ac solius corporis for-
 mam ex quatuor elementorum commixti-
 one prouidi numinis artificio esse formatā:
 Colores verò nobis ac formas, mores etiam
 & instituta de nulla alia re, nisi stellarū per-
 enni cursus agitatione distribui: Habent e-
 nim stellæ proprium sensum, diuinamque
 prudentiā. Nam puro diuinitatis animatæ
 conceptu summo illi rectori Deo, qui om-

nia perpetuae legis dispositione composuit ad perennis procreationis custodendum ordinem, infatigabilibus consensionibus obsequuntur. Nec enim est aliquis homo, quem tam sacrilega desperatio temeritatis exagit, ut in terra, ubi omnia videt esse mortalia, dicat esse prudentiam: illic vero, ubi omnia perpetuitate immortalitatis ornantur, non prudentiam esse, non rationem aut prouisionis ordinem obstinata mentis animositate definiat. Quis dubitat, quod per has stellas terrenis corporibus diuinus ille animus necessitate cuiusdam legis infundatur; cui descensus per orbem Solis tribuitur, per orbem vero Lunae preparatur ascensus? Et ille quidem ad eum modum suae vanitatis fundamenta locabat.

CAP. IX.

VAlde autem irridendam ostendit horum sapientiam summa etiam inter geminos dissimilitudo rerum ferme omnium, quod nec Cicero praetermisit, cum secundo de Diuinatione libro scribit, eo declarari nihil ad agendam vitam nascendi tempus pertinere, quod uno eodemque temporis punto natu dissimiles & naturas, & vitas, &

GENETH. SVPERSTITIO. 115

esus habeant. Nati certe sunt (vt cæteros
taceam) duo gemini antiqua patrum memo-
ria, Jacob & Esau, sic alter continuò post
alterum, vt posterior plantam prioris manu
teneret. Tam multa autem in eorum vita
fuerunt moribusque diuersa, tanta in rebus
gestis disparilitas, tanta in parentum amore
dissimilitudo, vt inimicos etiam eos inter se
faceret ipsa discrepantia. Nunquid hoc di-
citur, quia vno sedēte alius ambulabat? vno
tacente alius loquebatur? vno dormiente
alius vigilabat? quæ ad illas pertinent minu-
tias, quæ non possunt ab ijs comprehendendi,
qui constitutionem syderum, qua quisque
nascitur, scribunt, vnde Mathematici con-
sulantur. Sed vnum mercenariam duxit serui-
tutem, alius non seruiuit, vnum à matre dili-
gebatur, alius non diligebatur; vnum hono-
rem, qui apud eos magnus habebatur, ami-
cit, alter adeptus est; vnum venandi gnarus &
homo agricola fuit, alter vir simplex in ta-
bernaculis habitauit. Quid iam de vxori-
bus? quid de liberis? quid de rebus? quanta
vbique diuersitas? Et hi tamen gemini con-
iunctissimè cùm essent eadem cōstitutione
syderum concepti, eademq; in lucem editi
huius videntur. Num hic, quælo te, multum

fallimur? Num illud nobile commentum
de figuli rota parum attendimus? hoc enim
inuenisse ac respōdisse Nigidium ferūt, sum-
mo, vt accepimus, ingenio virū, hac ipsā de
geminis duobus quæstione turbatū. Nam
cūm is rotam figuli, vi quanta potuit, intor-
fisslet, currente illa bis numero de atramēto
tanquam vno eius loco summa celeritate
percussit. Deinde signa quæ fixerat, desi-
stente motu, reperta sunt non paruo inter-
uallo in rotæ illius extremitate distantia. Sic
(inquit) in summa cœli rapacitate, etiam si
alter post alterum tanta celeritate nascatur,
quanta bis rotam ipse percussi, in cœli spatio
plurimum est: hinc sunt, quæcunq; dīsimi-
lima perhibentur in moribus casibusq; ge-
minorum. Verūm hoc sanè figmentum fra-
gilis est, quām vasa ipsa quæ illa rotatione
finguntur. Si enim tanta reuolutionis est
celeritas, peto respondeant, cursum illum
temporis transvolantis, qui animi cogitati-
one comprehendi non potest, quonam pa-
cto aut cōsulto esse aſſequi possint, aut ipsi
perſpicere ac deprehēdere, cūm in tam præ-
cipiti dierum noctiumq; vertigine minima
momēta ingentes facere dicāt mutationes?
Quāro, cur audeant cæteris, qui gemini nō
sunt,

sunt, cùm inspicerunt eorū cōstellationes,
 talia pronunciare, quæ ad illud pertinēt se-
 cretum, quod nemo queat animo cōplecti,
 & momentis annotare nascentium? Quid
 omnino est, quod se ex punc̄to nativitatis
 devno quoque dicturos profitentur, si mo-
 menta, in quibus astrorum positus necesse
 est collocari, deprehendi certo non possint,
 & syderū incitatissimus cursus tarditatem
 nostrę considerationis anteuerat? Hoc Iu-
 lius Firmicus, homo nugatoria loquacita-
 tis, cùm sibi obiecisset, seq; responsurū esset
 pollicitus, postquam satis in locis sese com-
 munibus iactauisset, solo silentio sibi visus
 est dissoluisse, ratus (opinor) suffusum ob
 oculos mentemque lectoris, tornata sua di-
 ctione puluerem, inductamque aduersarij
 argumenti obliuionem. Sed pergam diuina-
 tricis huius summam leuitatem patefacere.
 Vti enim sub eadem ortos constellacione,
 eodemque partu editos, contingit moribus
 atq; exitu differre maximè, quos esse simil-
 limos, propter vim eorundem syderū opor-
 tebat, ita euénit s̄a penumero, ut sub distan-
 tiissimis cœli partibus, diuersissimisq; syde-
 rum positionibus orti, in vnum deuecti lo-
 cum, ijsdem studijs dediti, ijsdem curis, ne-

*Ets apud
Aul. Gellium
lib. 4. noct.
Atticar. c. 1.*

gotijſque implicati, eadem postremo calamitate inuoluti, ſimillimo genere mortis intereant. Quod Fauorinus philofophus, cui aduersuseos, qui Chaldae appellabantur, Romæ diſſereret, tanto produxit orationis ſuæ triumpho, vt nihil aduersum hoc ab illis dici poſſe putaret. Requierebat enim unde hoc eueniret, quod homines vtriusque ſexus, omnium ætatum, diuerſis stellarum motibus in vitam editi, regionibus, in quibus geniti eſſent, longe diſtantibus; omnes iſti tamen aut hiantibus terris, aut labentibus tectis, aut oppidorū expugnationibus, aut eadem in naui fluctu obruti, eodem genere mortis, eodemque iſtu temporis interirēt; quod nunquā eueniret (inquit) ſi moſta naſcentibus ſingulis attributa ſunt vnu quodque leges haberent. Ego quoque (ait Cicero) hoc requiro; Omnesne qui Cannensi pugna ceciderint, vno astro fuerint? exitus quidem omnium vntus & idem ſuit. Quid? qui ingenio atque animo ſingulares? num astro quoque vno? Quodenim tempus, quo non innumerabiles naſcantur. At certe ſimilis nemo Homeri.

*Lib. 2. de
damnatione.*

CAP. X.

ESt etiam operæ pretium funditus non nul-

nullas eorum prædictiones & prophetias
excutere; Aiunt enim: Si quis sub Ariete sit
ortus, hunc ducem & opulétum & liberalé
futurum. Quid autem ineptius, quām vt ex
vīsu pecudis aestimetur præstantissimus cōsi-
lio, quod in grege eiusmodi emineat pecus?
aut locupletior, quod vestitum habeat na-
turalē? aut liberalis, quod lanam suam Aries
haud inuitus deponat? Laboriosos verò af-
firmant futuros, quos nascentes Taurus a-
spexerit, quia videlicet Taurus laboriosum
animal & assuetum iugo, spontanea serui-
tuti colla submittit. Piscatores autem, qui
sub Piscium orti signo videātur. At percus-
forem fore illū, cuius nativitatē Scorpius in
sua parte complexus sit, eundemque malitię
venena reuomentem, quod animal sit vene-
natum. Sed quid hæc ad sydera pertinent?
quæ neq; laboriosa sunt, neque venenata?
Decoelo causas te redditurum polliceris, &
ad terrena viliaq; animantiā continuò re-
uolueris? Cibus ergo noster viuendi nobis
decreta constituit, & alimēta nostra: Aries,
Taurus, Piscis, morū nobis præscribunt dis-
ciplinam. Non enim dicere possunt idcirco
nomina hæc attributa syderibus, quod co-
rum vires istiusmodi cognitæ prius explo-

*In somnium
Scipionum.*

ratæque haberentur, quas syderibus inesse non posse supra docuimus, sed cum ea iam attributa, infirmis saepè quorundam opinionibus, reperissent, atq; (vt Macrobius ait) humanis persuasionibus & commentis indita, non ex ipsa rerum natura petita, animatum usitatissimorum vel hominum quorundam, significatione vocis admoniti, quid cuiusque horum esset proprium, animaduerterunt promptissime atq; obseruarunt, animaduersa autem atque obseruata ad homines transstulerunt, quos sub hoc aut illo sydere natos esse finxerunt. Cur enim Mars sub se editos bellicosos reddit, cæterisque terribiles, nisi quia talis ille in terris fuit, cuius nomine syderi, quod rutilare vehementius cernebatur, veteres indidere? Quamobrem Veneris sydus, mulieres, conuiua, ludos, potationesque ab illis appetere dicitur, nisi quod his rebus illa oblectata fuisse credatur, cuius nomen syderi honoris causa videtur attributum? Sic enim illi qui primi errauerunt, erroremque posteris propinauerunt, vel bestiarum propter hominem, vel hominum propter honorem, syderibus indidere vocabula. Vnde & Gnostiadi, cum eam Bacchus raperet ad stu-

Propter dispositionem stellarum fixarum in illi partibus admodum huiusmodi animalium, inquit Ioannes de Sacrobono.

stuprum, hoc dolorem animi promissio le- *Ouidius.*
niebat:

Munus habe cælum, cælo spectabere sydus,

Sæpe reges dubiam Cressa puella ratem.

Hinc igitur & illud ab alio Poeta scriptum:

Gnoſiaq[ue] ardentiſ decedat ſtella corona.

Verg lib. 1.

Geo gic.

Tam multa quoque alia vel hominum,
vel bestiarum, vel inanimatarum etiam re-
rum vocabula, vanissimis quorundam fig-
mentis reperiuntur attributa syderibus, ve-
lut Cygnus, Lepus, Delphinus, Lyra: qua
quondam cœperat Orpheus,

Omne quod attigerat cantu, & nobilis Argo

Lege M.

Manilius

lib. 2 c. 1.

& lib. 1.

In cælum ſubducta mari quod prima cucurrit

Seruando Dea facta deos.

Vt de illis authoribus non infacetè Ma-

cap 4.

nilius dixerit:

Quorum carminibus nihil eſt niſi fabula cælum.

Neque id, quod de honoris cauſa diximus, mirum videri debet, cum etiam proprie-
ribus recentioribusque temporibus (in-
quit Augustinus) sydus, quod appellamus
Luciferum, honori & nomini Cælaris, Ro-
mani dicare conati sint. Et factum id eſſet
fortasse, ifletque in vetustatem, ni auia eius
Venus præoccupaslet hoc nominis prædi-
um, neque iure ullo ad hæredes traiiceret,

H 5 quod

quod nunquam viua posse derat, sed neque possidendum petierat. Nam ubi vacabat locus, neq; alicuius priorum mortuorum honore tenebatur, factum est, quod in rebus eiusmodi fieri solet: Pro Quintili enim & Sextili mensibus, Iulium atque Augustum accepimus, de honoribus Iulij Cæsaris & Augusti Cæsaris nuncupatos, ut facile, qui voluerit, intelligat, etiam illa sydera prius sine his nominibus cœlo vagata esse. Mortuis autem ijs, quorū illustrare memoriam vel coacti sunt homines regia potestate, vel libuit humana vanitate, illorum nomina syderibus imponentes, eosipso sibi mortuos in cœlum leuare videbantur. Hinc igitur, si superis placet, & Mercurium inter sydera numeramus. Quod sydus sub se se natis cur sapientiam, subtilitatemq; (quemadmodū Ptolomæo visum est) conciliat, nisi quia ille inter homines Mercurij nomine appellatus, sapientiæ & prudentiæ laude excelluit? Aterit in Sole fortasse, quamobrem sub eo genitus, honoris cupidus sit atque potestatis? Scilicet quia Sol tanquam tyderum dux quidam & princeps, ac moderator lumen cæterorum, præcipuo gaudet honore, idcirco homines sui similes, id est, ambitiosos.

los & dominationis appetentes efficit. Sic prorsus Planetarum latitudo magna, obesos ; exigua verò & Australis macilentos reddit. Sic Mercurius, si in bicorporeo fuerit, natum designat fore duplum, aliud ^{Ioannes} _{Taisnier.} ore promptum, aliud corde clausum habentem. Sic si Planetarum aliquis, qui potestatem habuerit in locum Solis, ipsum aspicerit Solem, ille Planeta erit Alcochoden. Significat autem Alcochoden (vt ait ^{Lib. I.} _{Alcochoden} Omar de nativitatibus) annos vitæ nati, & eius pericula : Hilech verò significat vitam nati, si Deus voluerit. Quid sunt hæc tenuissimarum quarundam similitudinum ludibria , nisi telæ aranearum ? in quas si musca aut culex inciderit, proripere se inde non potest : sin validiorum animantium ullum incurrit, continuo evasit, & casus rupit infirmos, inanesque laqueos dissipavit. Sic solos hæc mente & sensu pueros capiunt; cæteri contempta atque irrita pretereunt.

CAP. XI.

Verum Astrologiaæ diuinatricis assertores, dum vnde cunque suæ professio-
nis munimenta conquirunt, etiam hoc au-
dient assumere, sacrarum autoritate litera-
rum

rum artis suæ fundamenta fulciri. Scriptum enim reperi in libro Genesios, dixisse Dominum: Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem & noctem, & sint in signa, & tempora, & menses, & annos. Nec vident, quām hoc cuius in promptu esse possit, sydera signa esse, at non quorumlibet futurorum. Proir de nulla efficitur necessaria collectione, ut quæ ad hominum vitam mortemque pertinent, inter eas res debeant numerari, quarum esse signa, luminaria cœli dicuntur. Signa ergo fatemur esse sydera, sed signa imprimis utilia, ad vñlq; humanos necessaria, non illa, quæ obseruare vanitatis est. Deinde, signa sunt cœli sydera, quis negat? sed non, quæ pauci quidam, divini scilicet homines, tanquam latentia deprehendunt, aut potius deprehendere se fingunt: verūm ciusmodi planè, quæ & agricolæ obseruant ad rem rusticam obeundam, & nautæ ad gubernandum, & omnes homines ad præuidendas aeris qualitates per æstatem & hyemem, per Autumnalem vernamque temperiem. Et nimirum hæc Moyses tempora vocat, quæ per sydera fiunt, non spatia morarum, sed vicissitudines affectionum cœli huius, Multa autem cœlestium

lestium signorum obseruatione discere licet de pluuijs, multa de siccitatibus, multa de ventorum motu generalium aut particularium, violentorum aut remissorum. Vnum enim ex his, quæ à Sole ostenduntur, etiam Dominus in Euangelio protulit, cum eos diceret, quibus tum loquebatur, recte iudicare solitos: Tempestas erit, rutilat enim triste cœlum. Nam cum radius Solaris densiore nube excipitur atque obvolvitur, obscuratur ille non nihil, & colore subcruentus Sol ipse conspicitur: densato videlicet compacto que aere, qui dissipari a grè possit, ob humoris redundantiam, tempestatem inducturo. Similiter & quum Luna circumstagnatur, & Areae Solem circumscribunt, aut aquarum vim, aut violentos ventorum motus significant: aut cum Soles aduersi, gemini aut plures vna cum Solis latione circumcurrunt, quarundam aeris affectionum signa fiunt. Complures quoque significaciones circa Lunam augescentem atque decrescentem, animaduerterunt hi, qui rebus istiusmodi considerandis intendunt. Etenim tenuis si sit circa tertiam diem & pura, stabilem prænunciare serenitatem: fin crassis apicibus, & subrubea appareat,

Virg lib. 1.
Georgicon
sub finem.

pareat, aut copiosum à nubibus imbré aut
vehementem austri flatum minari. De his
& Poeta scriptum reliquit:

*Luna reuertente cum primum colligit ignes,
Si nigrum obscuro comprenderit aera cornu,
Maximus agricolis pelagoq; parabitur imber,
At si virgineum suffuderit ore ruborem,
Ventus erit, vento semper rubet aurea Phœbe.
Sin ortu in quarto (namque is certissimus author)
Pura, nec obtusis per cœlum cornibus ibit:
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo
Exactum ad mensem, pluia a ventisq; carebunt.
Sol quoq; & exoriens, & cum se condet in vndas,
Signa dabit: Solem certissima signa sequentur,
Et quæ mane refert, & quæ surgentibus Austris.
Ille ubi nascentem maculis variauerit ortum
Conditus in nubem, medioq; refugerit orbem.
Suspecti tibi sint imbres, &c.*

Quantam autem hominum vitæ præbē-
at utilitatem cœlestium hæc signorum præ-
nunciatio, quis ignorat? Expedit enim
nauclero intra portum nauem continere,
cum impendere periculum ex ventorum
tempestate prospexerit. Expedit iter faci-
enti, procul declinare detrimentum, cum
tristior cœli facies mutationem præsig-
narit Agricolæ autem, qui mandandis ter-

ræ seminibus & plantationum curis desti-
nantur, ex istiusmodi cælestium lumen
signis, operarum suarum colligunt oppor-
tunitates. Quin & dissolutionis vniuerso-
rum signa in Sole, & Luna, & stellis consti-
tuenda esse, Dominus Euangelij sui voce
præmonuit: Erunt (inquit) terræmotus
magni per loca, & pestilentia, & fames, ter-
roresque de cœlo, & signa magna erunt. &
rursum: Erunt signa in Sole, & Luna, &
stellis, & in terris pressura gentium. In quo
genere signorum atque portentorum præ-
lagiendi quidam artem constituunt, quasi
plus hinc, quam iram Dei, (quod nullius
est artis) cogitare possimus, quam terris
impendentem, modisque nulla ante præ-
cognitis exerendam quarum voluerit re-
rum significatione præmonstrat. Denique
scriptum est apud Ecclesiasticum: Luna
ostensio temporis & signum ævi. ALuna Cap. 43.
signum diei festi luminare, quod minuitur
in consummatione. Vides igitur, quām
necessē non sit, syderea hæc signa ad vitæ
cuiusque sortem referre, quæ in aeris huius
affectionibus varijs, & quadripartitis tem-
porum commutationibus, vt cætera tace-
am, abundè intelligatur? Tametsi & hic ca-
uen-

uendum, ne sibi quisquam nimium indulgeat, metasque transiliat legitimæ obseruationis: quodij facere videntur, qui & in longinquum tempus prædictiones suas porrigunt, & singulorum qualitates dierū multo antè præuidere proficentur: quos hoc quidem loco sinamus quiescere, quando tatis molesta esse potest vera dicēdi tam rara fœlicitas. Interea tamen parum utile cl^ese Reipub. Christianæ, vt eius professionis homines vel hac in parte audiantur, satis clarissimus ille quondam Mediolanensium Episcopus Ambrosius demonstrauit. Nam cum ante paucos dies (inquit) sermo esset de pluia, quæ fore utilis diceretur, ait quidam: Ecce, Neomenia dabit eam. Et quamvis cupidi essemus imbrium, tamen eiusmodi assertiones veras esse nolebam. Denique delectatus sum, inquit, quod nullus imber effusus est, donec precibus Ecclesiæ datum, manifestaret non de initijs Lunæ cum sperandum, sed prouidentia & misericordia conditoris. Quod si has ille ex astris prædictiones ferendas esse non putauit, quoniam modo eas tulisset, quibus syderum significaciones ad bellorum motus, ad regionum cœsiones, ad perpetrationes scelerum,

Lib. 4. Hex.
emerons. c. 7.

lerum, ad funestos hominum exitus perniciosa vanitate referuntur?

CAP. XII.

ENoch verò , quem fabulantur Noe filium artem hanc reperisse, eiusque periūia quatuor regnorum maximorum & ortum & ruinam prædixisse , eademque doctrina instructum Nemroth regi, consilio viam ad regnum parandum aperuisse , qua fide suscepisset? qua patientia audiuisset? Hunc enim, fabellis quibusdam & apocryphis, credere audent Assyrijs principem extitisse ad hanc disciplinam seu verius imperitorum muscipulam suscipiendam. Quam si Prophetæ probauissent, non Isaiam audirent, diuinis scilicet illis vatibus & eorum cultoribus exprobantem: Stent, & saluent te augures cæli (siue, vt Græcè est apud. 70. interpretes, Αστρολογοί) qui contéplabantur sydera, & supputabant menses, vt ex ijs annunciant ventura tibi. Nihil profecto luctulentius ex hac irrigione prophetica, quam non potuisse Chaldeos Mathematicos, qui horarum momenta librantes, futurocum scientiam pollicebantur, impendentem Babylonij prænunciare calamitatem. Neque verò id dicitur, quod certa comprehensio-

Cap. 42.

ne minime tenerent, quid esset euenturum.
Nam neque Medicorum certa est de mor-
bis aut morte prænuntiatio, neque qui flo-
res in arboribus viderit, copiosam polliceri
certò potest fructuum sequituram vbera-
tem. Et nemo tamen, qui sanum sapiat, aut
illas Medicorum, aut hasce vulgares conie-
cturas ex legitima causarum obseruatione
depromptas, irriserit. Quamobrem igitur
illi rideantur, nisi quod inde sibi futurorum
prænotionem arrogarent, vnde reuera præ-
uidere nihil posseint? Stent, inquit, & saluū
te faciant Astrologi cæli, qui contemplan-
tur stellas, annuncient tibi quid venturum
sit super te? illisque propter ignorationem
tacentibus, quid venturum sit, Propheta re-
spondet: Ecce facti sunt quasi stipula, ignis
deuorauit eos. Salutem ergo alijs pollice-
bantur, qui sua ipsi supplicia non videbant:
meritoque inuoluit eos irruens calamitas,
qui, ne metui posset, prosperorum lætis &
popularibus prænunciationibus efficiebat.
Quid autem aliud & per Hieremiam Pro-
phetam Dominus quam hanc ex astrorum
significationibus vaticinadi professionem
irrisit atque damnauit? Audite (inquit) ver-
bum, quod locutus est Dominus super vos
domus

GENETH. SUPERSTITIO. 13

domus Israel, hęc dicit Dominus: Iuxta vias gentium nolite discere, & à signis cæli nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ sunt. Hanc cur timere nō debeant, caulam reddit, quod Gentilium leges & scita de astrorum malefica vi & significationibus infortunatis futilia sint omnia, nec solida rationum veritate nitantur, sed vanissimis leuissimisque hominum opinionibus fulciantur. Non enim (quēadmodum Philippus Melanchthon falso existimat) hoc in loco Propheta nos bono animo esse iubet, ut quanquā illa nocendi vim habeant, meritoque à Gentilibus formidetur, tamen veri Dei cultores non debeant metu consternari, tanquam effugere impendentes plagas non possint, ac succumbere virulentis instigationibus necesse sit; propterea quod diuina protectione, ceu clypeo quodam aduersus hostilem astrorum vim tristissimasque significationes muniantur; Nimirum ut ita dictum sit; nolite à signis cæli metuere: quomodo Christus Dominus suos discipulos confirmans, & corroborans aduersus imminentes mudi huius tempestates, ait: Confidite, ego vici mundum. Et quomodo Cyprianus docet Christianis

*Loco supra**notato**PAG. 23.**Sermones. 6.
de orat. de-
minutis.*

diabolum timendum non esse, sed omnem
metum nostrum ac deuotionem ad Deum
ipsum debere conuersti. Non est (inquam)
hic, Philippe, commentarius loci huius au-
diendus: Sententiæ propheticæ euersio hæc
est, non explicatio. Ex illa hoc oritur super-
stitione, cui mēs tua immodicè turpissime
que seruiebat. Quid enim est, si id Propheta
voluit, quod pro ratione subiungit; quo-
niā, leges populorum vanæ sunt? An dixit,
Quia ille potentiorest, cuius sydera nutu-
reguntur? quia plus ille possit ad tuendum,
quām stellarum coniunctiones ad nocu-
mentum inferendum? Nihil horum dixit,
sed omnem metuendi causam, quæ ex parte
syderum esse possit, procul abiecit; quoniā,
(inquit) leges populorum vanæ sunt. Pro-
inde quemadmodum Propheta Baruch seu
Hieremias ipse Iudæos in Chaldæa consli-
tutos admonet, ne illorum simulacra aurea,
argentea, & lignea metuant, quod reuera
Dij nō sint, neque benefacere cuiquam aut
malefacere possint: tametsi incredibili ho-
minum cæxitate diuina pollere virtute &
maiestate credātur; sic omnino eosdem hic
Propheta hortatur, ne vanos de Gentili &
infideli persuasione metus concipient, sed
con-

contemnunt potius ac pro nihilo ducant,
& quod illi præclarè & salutaris scientiæ no
mine venditant, hoc ipsum nocentissimi
erroris ratione condemnent.

CAP. XIII.

AT mouet nonnullos, quod sæpenur
mero Genethliaci vera prænunciare
dicuntur, quod nisi arte aliqua facerent, fa
cere nullo modo possent. Verum artem ego
esse aliquam tum fortasse arbitrarer, si plæ
ranque vera dicerent; qui enim tam sæpe
prauè quām rectè quippiam faciat, hunc, in
eo quod facit, aliqua præditum esse arte, ne
mo dicturus est. Sed artem sequēs aliquam
errat crebro, quod eam male didicerit? Hac
igitur artem nulli vñquam rectè didicerūt,
quod nō modo sæpe hallucinentur omnes,
verum etiam, si cum veris falsa conferas, nō
reperies nisi rara in parte veritatem. Cuius
quoque rei sua ætate Fauorinus diligenter
admonuit, ne qua illi irreperent ad facien
dam fidem. Non enim comprehensa (in
quit) neque definita, neque percepta dicūt,
sed lubrica atque ambagiosa conjectatio
ne nitentes inter vera atque falsa, pedeten
tim quasi per tenebras ingredientes eunt,
& aut multa tentando, incidūt repente im

prudentes in veritatem, aut ipsorum, qui
 eos consulent, multa credulitate dicente,
 perueniunt callide ad ea quæ vera sunt. Et
 idcirco videntur in præteritis rebus, quæ
 futuris veritatem facilius imitari. Ista tamen
 omnia, quæ aut temerè aut astutè vera di-
 cunt, præ cæteris, quæ mentiuntur, pars ea
 non sit millesima. Hæc ille de suæ ætatis Ge-
 nethliacis aliquando dixit. Cum enim sic
 esse, crebra experientia multaque obserua-
 tione deprehendisset, tum ignorare non po-
 terat, quemadmodum olim Pompeio, Cras-
 so, & Cæsari à Chaldaeis prædictum esset,
 neminem eorum, nisi domi, nisi senectute,
 nisi cum claritate esse moriturum, & nihil
 minus ille in Aegypto obtruncatus, hic in
 Senatu multis vulneribus confossus, alias
 apud Parthos vna cum exercitu oppressus,
 occubuit. Verane ergo isti aliquando præ-
 nunciant? Sed quod superstitionis genus
 non interdum veri aliquid effutiat? Aru-
 spices ipsi, dum pecudum fibris latentium
 rerum explorant euentus, subinde in igno-
 ratam incident veritatem. Spurina certè
 Aruspex, paucis ante diebus quæ Cæsar
 occideretur, cum boue in curia ex more ma-
 gato, cor in extis non reperisset, pronunci-
 auit

Cicero li. 2.

de divinatione.

xxv.

auit ad vitæ periculum pertinere. Quod ille
quidem constantiæ memor, hac oratione
contempsit; Miraris, si bos non habeat cor?
sed mox ei tamen vitæ finis fuit. Quid au-
gures? nunquamne illi felici vaticinantur
euentus? Fortè præteruolans coruus glebā
quam vnguibus ferebat, subito amisit, quæ
cum Alexandri capiti incidisset, resoluta de-
fluxit, ipsa autem avis in proxima turre
concedit. Illita erat turris bitumine ac sul-
phure, in qua, alis hærentibus, frustra se
coruus alleuare conatus, à circumstantibus
capitur, digna res visa est, de qua vates
confulerentur. Ergo Aristander, cui maxi-
ma habebatur fides, vrbis quidem excidi-
um augurio illo portendi respondit, cæte-
rum periculum esse ne rex vulnus acciperet,
monuitque ne quid eo die inciperet. Nec
verò rei expectatione frustratus est. Nam &
capta vrbis est, & Rex, dum inter primores
promptius dimicat, sagitta iætus graue vul-
nus accepit. Placètne igitur ut has artes esse
iudicemus, & non potius vanissimi cuius-
que ludibria? Curenim Aquilæ hic honos
datus est, ut magnarum rerum faceret auspi-
cia? aut coruo, aut paucissimis avibus: cæte-
rarum sine præsigio vox est? Iam & Chi-

*Et apud
Q. Curtium*

romantas, ex obseruatione linearum, quæ
in manu variè ducuntur, & Physiognomos
ex facie filoque totius corporis, & alios alijs
superstitionum prauis artibus deditos, quis
necit vera subinde prædicere? Quis enim
est, qui totum diem iaculans non aliquan-
do collineet? Totas noctes somniamus (ait
Cicero) neque villa est fere, qua non dormi-
amus, & miramur aliquando id, quod som-
niauerimus, euadere? Quid est tamen incertum
quàm talorum iactus? tamen nemo est quin
sæpe iactans Venerem iaciat aliquando,
nonnunquam etiam iterum ac tertium.
Num igitur, ut inepti, Veneris id impulsu
fieri malumus, quàm casu dicere? Multa Ci-
cero ex persona Quinti fratris è somnijs ve-
rè prænunciata collegit & tamen scriptum
est ab Ecclesiastico: Diuinatio erroris, &
auguria, mendacia & somnia malefacien-
tium, vanitas est. Et sicut parturientis cor-
tuum fantasias patitur, nisi ab altissimo
fuerit emissa visitatio. Ne dederis in illis cor-
tuum. Multos enim errare fecerunt somnia,
& exciderunt sperantes in illis.

CAP. XIII.

Porro in studijs eiusmodi, callidissimis
spiritibus locus est ad delitescendum

at-

GENETH. SVPERSTITIO. 137

atque insidiandum aptissimus: qui curiosæ
hominum obseruationi astutissimè sese in-
gerentes, euenta siue quæ timentur, siue
quæ sperantur, omni studio, quoad sinun-
tur, procurant, quò arctius firmiusque ho-
mines vanos retineant perniciiosis erroribus
irretitos. Hinc enim Lucilius Lupus, cum in
extis caput non inuenisset iecinoris, amissò
exercitu in prælio suisè putatur occisus.

Hinc Tiberium Gracchum memoria pro-
ditum est, quo die perijt, tristia omina neg-
lexisse, cum domi & in Capitolio sacrificá-
ti dira portenderentur, domoque exiens, si-
nistro ad limen offensio pede decussiterit pol-
licem, & corui fragmentum tegulae ante pe-
des eius proiecerint ex stillicidio. Quod si-
militer de syderum obseruationibus ne for-
tasse dici non posse putas, audi Beatum Au-
gustinum clarissimè grauissimeque docen-
tem: Neque illi (inquit) ab hoc genere per-
niciose superstitionis segregandi sunt, qui
Genethliaci, propter natalium dierum con-
siderationes, nunc autem Mathematici
vulgo vocantur. Nam & ipsi, quamuis ve-
ram stellarum, cum quisque nascitur, posi-
tionem consequentur, & aliquando etiam
peruestigent, tamen quod inde conantur

*Apud Italum
Obsequente
de prodigiis.*

vel actiones nostras, vel actionum euentus
prædicere, nimis errant, & vendunt imperi-
tis miserabilem seruitutem. Nam liber quis
que, cum ad huiusmodi Mathematicum in-
gressus fuerit, dat pecuniam, ut seruus inde
exeat aut martis, aut Veneris, vel potius
omnium syderum. Ac nō multo post: Hinc
fit, inquit, occulto quodam iudicio diuino,
ut cupidi malarum rerū homines, tradantur
illudēdi & decipiēdi pro meritis voluptatū
suarum, illudentibus eos ac decipientibus
prævaricatoribus Angelis, quibus pars hæc
mundi infima, secundum pulcherrimum or-
dinem rerum diuinæ prouidentiæ lege sub-
iecta est. Quibus illusionibus & deceptio-
nibus euenit, vt istis superstitionis ac perni-
ciosis diuinationum generibus, multa præ-
terita & futura dicantur, nec aliter accidant
quam dicantur, multaque obseruantibus
secundum obseruationem suam eueniant,
quibus implicati, curiosiores fiant, & sese
magis magisque inserant multiplicibus la-
queis perniciosi erroris. Hoc autem genus
fornicationis animæ salubriter diuina Scri-
ptura non tacuit, neque ab ea sic deterruit
animam, vt propterea talia negaret esse se-
standa, quia falsa dicuntur à professoribus

eo-

GENETH. SUPERSTITIO. 139

eorum; sed etiamsi dixerint vobis (inquit)
& ita euenerit, ne credatis eis. Nō enim quia
imago Samuelis mortui Sauli regi vera præ-
nunciauit, propterea talia sacrilegia, quibus
imago illa præsentata est, minus execranda
funt; aut quia in Actis Apostolorū Pytho-
nista seu ventriloqua fœmina verum testi-
monium perhibuit Apostolis Domini, id-
circo Paulus Apostolus pepercit spiritui, ac
non potius fœminam illam dæmonum cor-
reptione atque exclusione mundauit. Sed
& Origenem audiamus de lunatico dis-
rentem: Primum quæramus (inquit) quare
lunaticus appelletur, qui à spiritu immundo
vexatur, & quare passio ipsa nomen accepit
à Luna, quæ post Solem magnum luminare
vocatur. Medici ergo loquantur sibi quæ
volunt, qui nec immundum spiritum arbit-
rantur, sed corporis aliquam passionem,
aut que humida moueri in capite, secun-
dum aliquam comparationem ad lumen lu-
narē, quod humidam habet naturam. Nos
autem qui Euangeliō acquiescimus, hanc
passionem dicimus immundum spiritum in
hominibus operari. Observat enim quædā
schismata Lunę, & sic operatur, ut inde pati
homines mentiantur, istoque modo creatu-
ram.

ram Dei accusandam ostendit, ut homines
in quietatem in excelso loquantur, qui exi-
stiment, efficientia stellarum consistere om-
nium infirmitatum causam, siue generali-
um, siue specialium, sic criminantes opera
Dei, & quasdam quidem stellas dicentes ma-
leficas, quasdam autem beneficas, cum nul-
la stella a Deo sit facta, ut malefaciat. Forsi-
tan autem sicut iste immundus spiritus ob-
seruat quaedam Lunæ schismata, ut opere-
tur in eo, qui propter alias causas tradit-
us est; sic & alij dæmones, secundum ali-
quas stellarum constitutiones insidiantur
ijs, qui non præbuerunt se dignos custodiæ
Angelorum sanctorum, ut non Sol & Luna
modo, sed stellæ etiam cæteræ blasphemem-
tur ab hominibus, qui in excelsum iniquita-
tem loqui non dubitant, & ponere in cæ-
lum os suum. Hæc Origines, quibus haud
obscure insinuat cuius artificio & singulari
dexteritate fiat, ut hoc quoque genere su-
perstitutionis vera aliquando prædicantur.
Omnes autem istiusmodi artes (inquit Au-
gustinus) vel nugatoriæ, vel noxiæ supersti-
tionis, ex quadam pestifera societate homi-
num & dæmonum, quasi pacto infidelis &
dolosæ amicitiæ constituta, penitus sunt re-
pudiæ

Pudiandæ & fugienda Christiano.

CAP. XV.

SED cùm ita se res habeat, plenaque sint illa omnia noxiæ curiositatis, reperire est tamen etiam nunc, qui ea in pretio habent, ut diuina; qui admirantur, ut sapientiæ sublimis arcana; qui sectentur, tanquam ad euitanda vitæ pericula moreisque instituendos perutilia; qui denique & libros istiusmodi lecitent, & professores colant ac consulant; digni profecto quibus illudatur ab ijs, quos bene posse sibi consulere imprudentissime arbitrentur. Industrij quippe artifices aut ad principum, aliorumque, quibus inferuiunt vota, aut præsentium rerum statum, versutissimè prædictiones suas accommodant. Sicut olim Aegyptij vates, qui cœli ac syderum peritissimi credebantur, & à quibus hæc omnis ad nos disciplina mandauit, cum ob Lunæ defectionem turbato exercitu iussi essent ab Alexandro, quid sentirent, expromere, neque ignorantem temporum orbes implere destinatas vices, Lunamque deficere, cum aut terram subiret, aut Sole premeretur, hanc quidem sibi perceptam rationem non edocent vulgus, cæterum affirmant Solem Græcorum, Lunam

nam esse Persarum: quotiesque illa deficiat,
ruinam stragemque illis gentibus portendi,
veteraque exempla percensent Persidis re-
gum, quos aduersis dijs pugnasse Lunæ ostē
disset defectio. Neq; vlla res efficacius mul-
titudinem mouit quam supersticio. Sæua e-
nim antea, impotens, mutabilis, postquam
vana religione capta est, melius vatibus qua
ducibus suis paruit. Et qui in ultimas terras
antea se trahi delendos querebantur, hos
metu torpentes edita in vulgus Aegyptio-
rum responsa rursus ad spē & fiduciam ere-
xere. Itaque vel ignari præsumentesque se
scire, quod nesciunt, credulos fallunt, vel sci-
entes prudentesque, quod ad rem præsentē
pertinere putent, perfricta impudentia con-
miniscuntur: cumque alijs prospicere se pos-
se profiteantur, sua semper ignorant, neque
sibi consulere norunt: velut is, qui erecto in
sydera vultu, de alienis cogitabat euētis, nec
se videbat in propinquā fossam repēte esse
casurum. Præclare vero is, cuius antea memi-
ni, Fauorinus deterrere volens ac depellere
adolescentes à Genethliacis istis, & quibus-
dam alijs id genus, qui prodigiosis artibus
futura omnia dicturos pollicentur, nullo
pacto adeundos esse consulendosque hu-

GENETH. SVPERSTITIO. 143

iuscemodi argumento coclusit: Aut aduersa, inquit, euentura dicunt, aut prospera. Si dicunt prospera & fallunt, miser fies frustra expectando. Si aduersa dicunt & mentiuntur, miser fies frustra timedo. Si vera respondent, eaque sunt non prospera, iam inde ex animo miser fies antequam è fato fias. Si felicia promittunt, eaque euentura sunt, tum plane duo erunt inconmoda, & expectatio te spei suspēsum afflictabit, & futurum gaudij fructum spes tibi iam deflorauerit. Postrēmo, quod Beatus Apostolus admonuit, Epis. 33 suoque tempore sanctissimus Leo Pontifex, propter huius superstitionis contagium, ex Apostolica commonitione seruandum esse monstrauit, id ad se pertinere, sibiique dictum esse, omnes Christiani censebunt: Coloff. 24 Videte ne quis vos decipiatur per philosopham & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum.

SVM:

SUMMARIA CAPITVM
Orationis contra Genethliaco-
rum superstitionem , mixta
quibusdam annotati-
unculis.

Principio propositum est non artem , sed abusum
reprehendere sub nomine & professione artis in-
troducedum. Constat enim Salomonem diuinitus il-
lustratum munere sapientie, dispositionem syderum
motus, virtutesq; admirabiles nouisse: Sicut de se-
Sapient. 7. metipso testatum est in libro Sapientie. In quo ta-
Ibidem. 9. men illud reliquit magnum humanae arrogantiae re-
medium: Si que in terra sunt, reperimus cum labore:
que in celo sunt, quis inuestigabit? Ac reuera si fal-
lax est Medicorum experientia, errorumq; plena pra-
dictione? quid sibi diuinando polliceri Astrologus pos-
sit, non video. Neque vero propterea syderum mag-
nas variasq; in hac inferiora vires negamus: neque
Lib. I. Meteo. sumus tam philosophiae rudes, vt nesciamus ab Aristotele dici, Mundum hunc seu quatuor elementorum
verum. cap. 2. molem supernis lationibus esse contiguam, vt inde vie eius vniuersa regatur. Quis enim nesciat cælum in
ea quæ subiecta sunt, plurimum motu, plurimum lu-
mine, & quum neutro illorum penetrare queat, plu-
rimum occultiissimis quibusdam influentijs posse? Sed
hac ipsa tam admirabiles cælestium corporum vires
ne longius, quam vel pietatis erga Deum, vel utilita-

Si erga homines ratio ferat, extendamus, id vero magnopere videndum est. Quia in re, ne Gentiliū Astrologorum placitā sequatur Christianus, magnam in eo habet admonitionem constitutam, quod illi, ut videre est, in eo errore grauiſſimo sua fundamenta locarunt, quo cœlo syderibusq; diuinitatem, prudentiam & decreta quibus cuncta regerentur, ex infidelitatis sue tenebris ass:ribet. Hos ergo si Christianus sequatur in ijs conclusionibus quas deinceps elicunt, nonne turpe erit? nonne si Chaldaorū mōstra, Cicero illa inuenit & vocavit, multo iustius eadē ut perniciosa superstitionis plena Christianus refugiet? Breuiter neq; sacra litera damnant, neque damnamus nos eam Astrologie partem, quæ ex longa temporum obseruatione tradit certas leges, cursus ac motus syderum, sed neque eam quam iudicariam vocant, omni ex parte. Nam quatenus sequitur certas rationes physicas, habet suam veilitatem & laudem: At quatenus tradit superstitiones quasdam notationes, aut astris eorumque configurationibus vim tribuit constituendi aut avertendi regna, aut humanas actiones cœuentusq; dirigendi, nequaquam audienda est.

CAP. I. Summarium.

Caput primum remouet a syderibus vitiosarum propensionum causas hoc argumēto: Quod quum secundarum causarum effecta naturalia ad primam causam omnium effectorum referenda sint, consequitur Deum causam esse istiusmodi vitiosarum

rum propensionum: ideoque & peccatorum que ex
ipsis propensionibus committuntur. Tame si enim no-
nita violentiae sint suo impulsu inclinationes male, ut
eis resistere non posse, reuera sunt tamen tentationes
magna & delictorum causa, ad quae suapte naturas
trahant: Sicuti suggestionibus suis diabolum, qui-
bus tamē resistere est, causam constat esse delinquendi.

CAP. II.

Caput secundum varijs declarat argumentis
quant opere abhorrendum sit ab ea opinione qua-
putetur Deus causa esse vitiorum: quod generatim
quidem propter gravissimam heresim fecimus, cuius
breuiter refellenda se offerebat occasio, sed propri-
ter Astrologos hereticos ac rudiores quosdam
Astrologie studiosos, quos aliquando deprehendi-
mus ab errore hoc imp̄issimo non satis dissidere, nec
cur tantopere esset execrandus, sat intelligere.
Nam & Gentiles plerique, quorum illi imbuti lite-
ris, simili dementia feruntur, non magni criminis
loco ducebant, si Deum inique secum agere, & ab
mala impulsore esse causare.

CAP. III. ET IIII.

Tertium caput alio quodam arguento de pre-
uenientibus ab astris sceleribus ac propensioni-
bus opinionem perniciosa elidit. Nempe si modo sy-
dera hominum genus peccatorum sordibus conspur-
carent, aut communata a Deo, qui contaminatas
homines

dominum primorum vitio vires haberent suas (non enim sic confitum initio fuit cœlum, nec ea illi insita vis ab autore) Quod si hanc inficiendi vim scelerum primorum contagio contraxere, cur non potius quæ vicini erant, infecta sunt, terra, aqua, aer, esculenta & poculenta? Et quonam modo erit ullus syderis operario felix ac benigna, cum nullum sit non immundum? Sin neutrum illorum est, sed eadem cœlo qualitas facies eadem statusque perseverat, solaque hominum natura per primæ inobedientiæ culpam in deterius immutata reperitur, non facit ergo cœlum malos quos inuenit malos, nec deprauat aut vitiat quos inuenit deprauatos. Cum enim semel quisque nostrum ex origine vitiata, & corrupta atque immundo semine, in vitio atque iniquitate concipiatur, seposita quoque omni syderum efficientia, nemo postea nisi propria voluntate & consensu virtuosus efficietur. Neque enim vitium est ullum nisi originale aut actuale. Viciosor autem non sua voluntate, quam conceptus est fieret, si quod peculiariter vitium aastro natuit atque proueniret. Non ergo inde vitium accedit ullum cum in lucem proles editur: Quare nec propensio viciosa, quæ sine dubio vitium natura, non potest non esse. Quod fidicerit aliquis, Originale vitium partim ex prima inobedientia, partim ex astrorum afflatu contrahi, iam videre persicile est, quibus quantum pestilentiae causis astrorum tangantur, quoque loco haberi debeant. At erit qui dicat nullum animi vitium designari, cum dicitur ab

astris esse ad malum propensio, sed corporū dunt axat
 male temperati, quo sic animo ex primi peccato pa-
 tentis viciatio congruat Non ergo libido significatur,
 non iracundia, non luor aut superbia, non tenacitas
 aut rapacitas nihil ergo istorum ab astris, sed aliun-
 de: solaque infelicia corporis tempesties imputari ca-
 lo potest quae cum sic opus Dei, atque idcirco res ho-
 na, indifferenter se habet ad bonum & malum, po-
 testque tam in bonos usus quam in malos perditos
 que mores conuerti. Dixeris iterum per se quidem in-
 differenter habere se ad bonum ac malum: Sed animi
 virium in una complexione magis quam in alia effe-
 nescere. At quomodo effervesceret, nisi prius & aliū
 de existere, materiamque de qua operaretur inue-
 uiret? Fac igitur animum carere libidine, carere ira-
 cundia & nihil obliter cordis calida & siccac constitu-
 tio: sicuti nihil sobrio vinum, nihil iusto aurum alie-
 num obesse joler. Sin autem hec insunt in animo vi-
 tia eacum fuerint idoneam complexa materiam, ex
 seipso (velui ignis in ligno) increscent atque inarde-
 sunt magis. Hinc D. Augustinus dicit, Eunus huius mi-
 nus periculosem esse pro castitate certamen, proprie-
 tea quod ubi materiam, de qua operetur, non inuenit

Lib. 6 contra lib. c. 5.

Lib. 3. contra minus aduersus castitatem libido consurgit. Idemque
lib. 1. p. 20. alio in loco monet, creatura panis & vini. quamvis
 bona pars eius viendum esse ne ipsa quoque concupis-
 centia (quod malum, ait, iustus ac nostrum est) mentem
 corruptibili corpore ex abundanter materia
 multo magis aggrauante, aduersus nos vehementius
 & inuidius concitat.

CAP. V.

Quinto capite ad ipsas prædictiones proprius acceditur, doceturque generatim siue sydera causæ, siue signa constiuantur euentuum ac morum, nihil ex illis circa unumquemque nascentium vel probabiliter divinari posse.

CAP. VI. ET VII.

Capite sexto & septimo ostenditur in pronunciandis singulis effectu propriæ eorum causas speandas esse, ex generatibus vero causis, quæ per medias dunt axat operentur, præscripsi particularia non posse. Cum igitur propriæ complexionum causæ sint in seminib; parentum, sicuti qualitas arboris ac fructus & foliorum in semine causam habet particularem & propriam, non magis prædicti potest, qualis sit natus futurus ex contemplatione syderum, quam qualis sit futurus arboris fructus, acerbis an dulcis, magnus an exiguis, rotundus an oblongus. In vitiis certe propensionibus & affectibus originalibus, ad semen, non ad sydera, respiciendum esse scriptura docet. Quis potest (inquit in libro Iob) mundum facere Cap. 32. de immundo concipere semine? & in libro sapientie. Semen erat maledictum ab initio. D. quoque Augustinus semina ex origine vittata agnoscit libro 6. contra Julianum capite quarto, & planissime lib. 2. de nuptijs & concupiscentia, cap. 8.

CAP. V.

Octaum caput ostendit ea que suscipiuntur a libera hominū voluntate, propter incredibilem causam & occasionum particularium varietatem, omnino sub aliquam ex astris prædictionem cadere non posse.

CAP. IX.

Capite nono ostenditur ex geminis, qui sub eadem constellatione oriuntur, & tamen plurimum per omnia differunt, quam inanis sit ex astris de moribus cuiusque vaticinatio. Et si dicatur fieri non posse, quin vel minimum temporis inter sit inter unius atque alterius ortum, tamen paruum ipsum temporis intervallo, quantumlibet vim in natura rerum habere contendant, colligi humana observatio non potest, literisque consignari, inquit Augustinus libro 7. Confessionum, capite sexto, vbi etiam historiam profert de duobus, ex diversis fæmininis eodem tempore punto, eodemque in loco natis, planeque sub eadem constellatione, quorum tamè mira fuit ex varia parentum conditione & educatione diversitas. Nam Firminus (inquit) ampio apud suos loco natus dealbat:ores vias seculi cursat abat, augebaturque dignitatis, sublimabatur honoribus, seruus autem ille conditionis iugo nullatenus relaxato dominis seruiebat. Eares cognita mouit Augustinum, ut artem ex tempore penitus abiiceret. His similia reperias apud D. Ambrosium libro quarto Hexameron, capite quart-

10: Cum illum vagum (inquis) celeremque motum non queunt comprehendere, saepe sūt ut per illam pundi & momenti incomprehensibilis subtilitatē ponant benefici signi aspectum, vbi grauis atque nocitura incurrit offendio. Rursum: Cum impossibile sit (inquit) tam subtile minutias temporis comprehendere, exigua autem minutia inuehat vniuersitatis errorem, totum negotium plenum est vnitatis.

C A P. X.

Caput decimum ostendit quam inbecillo aut nullo potius fundamento nitatur ipsa dissimilatio, cum quandam in prædicendo sequitur similitudinem. Nam fundatum hoc est omnis superstitionis ob quandam similitudinem analogicam, eamque vel veram, vel imaginariam futura prædicere vel præsagire. Hoc sequuntur & Augures, & obseruatori somniorum, & Chiromantæ, & qui vaticinantur e nubium inspecione, præterim si occidente Sole fiat inspecchio, quorum condemnationem reperies, Canone 6. in hi qui 6. Synodo Constantinopolitana ascribuntur. Ita quoque qui ex prodigijs inusitatisque rebus prænunciam futura, velut qui mulam parientem, Latio, Paulo & M. Marcello consulibus, discordiam, ciuium bonorum interitum, mutationem legum, & turpes matronarum partus, significare interpretabantur. ut videre est apud Iulium Obsequentem, in libro

de Prodigis. Apud quem & illud reperitur: M. Cl. Marcello, L. Valerio Flacco, Conſ. Turbinu vi in campo, columnam ante eadem Iouis decuſſam cum ſigno aurato: cumque Aruſpices respondiſſent Magistratum & Sacerdotum in eritum fore, omnes magiſtratus eſe protinus abdicasse. Quod autem Daniel ſomnum de ſtatu Pharaonis eſt interpretatus, non id arte quapiam futura prædiuendi, ſed diuina reuelatione fecit: Si cuti quod Magi ſtella conſpectu Regens Iudeorum, hominumque ſeruatore natum diicerunt, non id artis beneficio ſunt conſequunti (ſicuti quidam ineptientes ſcribere non dubitanti) ſed illuſtratione gratiae cœleſtis, cuius auxilio & genitum adorarūt. Cum enim primitia gentium in Christianismo eadem fidei gratia illuſtrati fuerunt, qua poſtea gentes omnes in Christum crediderunt. Dedit ergo (inquit Leo) intellectum qui praefuit ſignum.

CAP. XI.

Capite vndeclimo ostenditur quam multarum rerum ſigna ſint ſydera ſecundum ſcripturam Geneseos, non ſecundum Superiotionem Astrologiam. Quam vel hoc ſuſpeſtam reddit, quod studioſe adeo colorem aliquem ſibi conciliat ex diuinis literis prater morem arrium liberalium.

CAP. XII.

Caput duodecimum quibusdam Apocryphorum ſigmentis opponit ſcripturam Hieremia: A ſig-

nū cœli nolite metuere. Quam illi solent ad suum ins-
 titutum trahere, contextum propheticum negligen-
 tes. In quo sensum Melanchtonis sequitur etiam ille
 est, cuius in sphæram Ioannis a Sacrobosco praefixa
 legitur praefatio. Debent, inquit, bona mentes aduer-
 sus inimicas ac tristes syderum significaciones verbo
 Dei ac promissionibus confirmari. Idque vulgaris
 sententia docet, quae citatur ex Hieremias: Nolite
 timere a signis cœli qua timent gentes. Neque enim
 negat (inquit) Propheta signa esse, sed cum signa no-
 minet, sentit ea res magnas arque tristes minari.
 Consolatur autem pios ne ea metuant, non quia ni-
 hil significant, sed ut confidant se diuinitus inter illa
 pericula regi ac conseruari. Sicut mortem timere
 Christus prohibet, non quia mors non sit aspera, sed
 vt sciremus etiam in morte ipsum nobis adesse Chris-
 tum, qui nos seruet. Sic scripturas interpretantur,
 quae ipsas quidem inspiciunt, vt scire possint quid
 antecedat, quid sequatur. Ast aliter multo D Hiero-
 nimus: Proprie (inquit) aduersus eos loquitor, qui ve-
 nerantur cœlestia, & que in signa sunt posita anno-
 rum, temporum, mensium & dierum, ab his esti-
 mant regi humanum genus, & ex causis cœlestium
 terrena moderari. Quodque ait: Leges populorum
 vanæ sunt, omnem humanam sapientiam futilem es-
 se demonstrat, & nullam in se habere utilitatem.
 Non ergo illorum interpretatio mulcum distat ab eo
 quod ait Iulius Firmicus eiusmodi verbis: Inuocemus
 suppliciter deos, & religiose promissa numinibus vo-

ta reddamus, ut confirmati animi nostri disunitate,
ex aliqua parte stellarum violentis decretorum potest
statibus resistamus.

CAP. XIII. ET XIV.

Capite decimotertio ac decimo quarto id agitur.
Conequa subesse putetur ars diuinandi ex astris,
Lib. 7, confes. quod interdum predicationes in veritatem incurantur. Genit. c. 6. Non enim ea que vera consideratis constellationibus
dicuntur (inquit Augustinus) arte dicuntur, sed sorte; que autem falsa, non artis imperitia, sed sortis
mendacio. Quippe hominum coniecturae sepe vim
sortis habent, multaque dicendo sepe ventura dicun-
tur, nescientibus ipsis qui dicunt, sed in ea non tan-
cendo recurrentibus. Idem Ecclesiæ doctor libro 2. de
Genesi ad literam, capite decimo septimo: Fatendū
est (inquit) quando a Mathematicis vera dicuntur,
instinctu quodam occultissimo dici, quod nescientes
humanae mentes patiuntur: quod tamen ad decipiendos
homines sit spirituum immundorum & seductorū
operatione, qui quedam vera de temporalibus nosse
permittuntur.

CAP. XV.

Caput decimumquintum a consulendis Geneth-
liacis, omninoque ab illo diuinandi studio dehor-
bitur. Quo loco notandum quod scribit D. Augusti-
nus libro quarto Confessionum, Capite tertio: Erat
(inquit) eo tempore vir sagax, medicina artis peritis-
simus,

sumus, atque in ea nobilissimus. Is ubi cognouit ex colloquio meo, libris Genethliacorum esse me deditum benigne ac paterne me monuit, ut eos abūcerem, neque curam & operam rebus virilibus necessariam illis vanitati frustra impenderem: dicens ita se illam dicisse, ut eius professionem primis annis etatis sua deferre voluisset, qua vitam degeret, et si Hippocratem intellexisset, & illas utique literas potuisset intelligere. Et tamen non aliam ob causam se postea illius reliqui medicinam assequutum, nisi quod eas falsissimas compериisset, & nollet vir grauis decipiēdis hominibus victimum querere, &c. In concilio Ancirano capite virginis moretio decretum est: Qui anguria vel auspicia, sive somnia, vel divinationes quilibet secundum motum Gentilium obseruant, aut in domos suas huiusmodi homines introducunt, &c. quinquennio pænitentiam agant secundum antiquitus constitutas regulas. Item in alio concilio: Non liceat Christianis tenere traditiones Gentilium & obseruare & colere elementa, aut Luna, aut stellarum cursus, aut inanem signorum fallaciam pro domo facienda, aut propter segetes, vel arbores plantandas, vel coniugia socianda.

In capitulio
 Grecarum
 Synodorum,
 circa tempo-
 ra Honorij
 Pape grind
 anda

116

MARSILII FICINI FLO-
RENTINI DE VITA COE-
LITVS COMPARANDA
Libri III.

CAP. XXV.

Sed iuuat etiam parumper alloqui seruerum religionis anistitum. Dic age quidnam in astrorum vsu damnas antistes? Quicquid, inquies, arbitrio nostro detrahit, quicquid vnius Dei cultui derogat. Eadem ego tecum non damno solum, sed etiam valde detestor Execraris quinetiam scio, atque ego insuper perhorresco nonnullos, qui cum Deum exoratum volunt ad touem in medio cælo vastum illud draconis caput subeuntem, tam miseri quam stulti confugiant, ab ipso videlicet dracone qui quondam e cælo corruit tertiam stellarum partem secum trahens denique deuorandi. Verum concedesne contractibus, matrimonijs, colloquijs, itineribus, similibusque operibus peragendis horas oportunas eligere? Non facile te his sensurum video, nescio quid arbitrio metuentem. Ego gitur, & si theologus ille Magnus Albertus istud dabit, & ratio quenda ueritate dictabit, per electionem ipsam a dicitur arbitrium pertinentem, cælestia ita prudenter nostræ usui, ubi cui quemadmodum herba mea dico subministrant, tibi tamen potius in præsentia credam. Et quam tu difficile nunc ea permittere, iam facta

Si ipse dimittam. Observaciones vero Luna & ideoque
stellarum stellarum ad morbos iurandos, & idcirco
ad remedia preparanda iamdiu (ut arbitror) permi-
stisti. Concessum quoque ab te, & insuper approba-
tum, crescente Luna, eademque aucta lumine, nec
aliunde infortunata seminibus agros spargere, vites
oleasque serere. Cur non igitur ad plantandum (ut
Cynice loquar) hominem, ut amur beneficio Luna, Io-
nusque & Phœbus? Nam Veneris quidem ad hæc officia
semper vivimus: Sed rectius modo dixi: semper
vivuntur. Nam ipsa mihi Venus est Diana. Quid nomen
de viclu dicemus? Nonne licebit & proderi sub felicib
sydere rum autumno vinum, tum indies panem epu-
lasque conficeret? Ac si nequeamus in his prepa-
randis aspectus syderum expectare, expediet sal-
tem ascendentis accipere, vel aliter angulares,
Solem, Iouem, Venerem atque Lunam. Sic enim
omnia quibus vivimus feliciter effecta cœlum, felici-
ter nos afficiunt. Hac lenus te video, absque contro-
uersia concessurum, nisi forte dicas, ita vitam nostræ
nihil fore aliud quam perpetuam seruitutem. Ad hæc
ego subijcam frustra mortales cumulandis pecunijs
& honoribus seruituros, quibus sunt perpetuo man-
cipati, nisi interim diligentia Physica dies vitae sibi Vitæ nostræ
plures accumulent. Aut igitur soli Deo seruiat, quod perpetua ser-
uidem est potissimum: aut si cui præterea seruituri
sunt, vita cum valde, tum longe potius, quam pecu-
nij honoribusque vanu indulgeant. Concordes ergo
sumus. Sed nunquid vel deos fundabunt temere, vel

infaustas habitabunt? Vbi contagiosa quadam calamitas adiscijs ferme sic inficit habitantem, ut venenosus pestilentiae vapor etiam ad biennium in pariete seruatus. Qualis etiam ex epidemia latens in ueste, diu postea vtentem inficit incautum atque perdit. At postquam hic in uestium incidimus mentionem, prohibebisne, pie pater, in ueste confienda, vel primum induenda spiraculum Veneris diligenter aucupari, quo quasi Venerea facta uestis, similiter prospera quadam corpus & spiritum afficiat qualitatem? Nonne
 Pelles vulpij Medici vetant vulpium pelles, agninas probant? Non
 medici ve- aliter forte sidus in dies quasi nascentes uestes afficit
 tant, agni- quam semel ab initio natae. uestes quidem & cetera
 nas vero pro- artis opera certam a sydere qualitatem accipere Tho-
 bant. mas Aquinas in libro de Fato confirmat. Tu igitur
 uestes infe- affirmabis. Infectas vero uestes vtentem inficere, ei-
 clas vtentem am testis est scabies atque lepra. Denique si populi vi-
 posse inficere. & consulis (ut opinor) ista permittes. Atque ego per-
 missione tua consulam obseruanda. Sin autem eius-
 modi moribunda vita curam non improbas quidem,
 sed negligendam mones: ego quidem negligo, me-
 liori vita fiducia fatus, ceterisque si-
 militer consulo faciendum.

Vale.

F I N I S.

